## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

JO. HENR. BOECLERI

# DISSERTATIONES QUINQUE,

*AD*

COMMENTATIONEM GROTIANAM APPENDICIS LOCO ADJUNGENDÆ.

*ARGENTORATI,*

IMPENSIS JOH. REINHOLDI DULSSECKERI,

M DCC IV.

Digitized by Google

Digitized by Google

# BENEVOLO LECTORI
## S. P.

COmmentationis in Hug. Grotii opus de jure belli, partem alteram ſub prælo verſari, neque ante nundinas librarias abſolvi potuiſſe, præcurſor iſte diſſertationum libellus indicare, & moram excuſare, ſponſoriſq; de repræſentanda in poſterum fide vicem obire conſtituit. Cui, Tu, Lector Benevole, favebis, & valebis.

DISSER-

Digitized by Google

Ec

I

tia ſi
re, c
rum
auct
hoc
quo
care
*dun*
tem
I
tan
qu
non
ex
per
*vel*
ſign
ſum
doc
ta, i
tem

Digitized by Google

D. O. M. B. I.

# DISSERTATIO I.

## DE
## EO QUOD CIVITAS EGIT,
*ad H. Grotii de I. B. lib. II. c. 9.*

DE eo, quod Civitas egit, quæſitum omni tempore eſſe, *Philoſophus* teſtatur; neque deducta in hunc diem ignorare nos experientia ſinit. *Acta Civitatis* non minus licebit dicere, quàm *acta Principis*, *acta Syllæ*, *Caſaris*, aliorum; qui poteſtate ſibi debitâ, aut ſumtâ, auctores actoreſque fuerunt rerum, de quibus hoc loquendi genus exaudiendum eſt. Nam, quod *Actorum* vocabulo commentarios indicare ſolent, ubi *acta Senatus*, *acta populi*, *acta diurna*, *acta judiciorum* ſignantur, noſtram ad rem nihil nunc attinet. *Lipſ. Excurſ. ad 5. A. Tac.*

Intricavit haud parum nobiliſſimam diſputationem, late diffuſus error, quo plerique, quicquid *Ariſtoteles* in civili doctrina attingit, non ultra, quàm ipſe diſſerit, ſibi requirendum exiſtimant: quaſi vel abſolutæ eſſent, atque pertractatæ omnes ejuſmodi diſquiſitiones; vel non amplius, quàm exempla forte aſſumta ſignificant, tota argumenti ratio pateret. Quod ſummo equidem illi viro, qui ſpecimen civilis doctrinæ non corpus, & id ipſum non explanata, ſed obtecta ratione voluit exhibere, in mentem nunquam veniſſe, arbitrari fas eſt.

 Bis

Digitized by Google

3. Polit. c. 1. & 2. al. ed. 1. 2. 3.

Bis proponit hanc dubitationem *Philoſophus:* νῦν γὰρ ἀμφισβητοῦσιν, οἱ μὲν φάσκοντες τὴν πόλιν πεπραχέναι τὴν πρᾶξιν, οἱ δ' οὐ τὴν πόλιν, ἀλλὰ τὴν ὀληγαρχίαν, ἢ τὸν τύραννον. *Nunc enim de hac re diſputant: aliis quidem, civitatem hoc egiſſe; aliis, non civitatem, ſed paucos aut tyrannum egiſſe dicentibus.* Et poſtea, ἀποροῦσι γάρ τινες, πόθ' ἡ πόλις ἔπραξε, καὶ πότε οὐχ ἡ πόλις. οἷον ὅταν ἐξ ὀλιγαρχίας ἢ τυραννίδος γένηται δημοκρατία. τότε γὰρ οὔτε τὰ συμβόλαια ἔνιοι βούλονται διαλύειν, ὡς οὐ τῆς πόλεως, ἀλλὰ τοῦ τυράννου λαβόντος, οὔτ' ἄλλα πολλὰ τῶν τοιούτων, ὡς ἐνίας τῶν πολιτειῶν τῷ κρατεῖν οὔσας, ἀλλὰ οὐ διὰ τὸ κοινῇ συμφέρον. Qui locus non ſimplicem habet difficultatem: neque ſincerus videtur, quod jam nonnemini notatum video. Mireris tamen, quàm ſecure, & interpretes & commentariorum ſcriptores, inoffenſo ſcil. pede transcurrant. Certe non hærent poſtrema prioribus. Omiſſum ergo aliquid fuerit, aut legendum, ſi eruditis placeat, mutato numero: ὡς ἐνίας τῶν πολιτειῶν τῷ κρατεῖν οὔσης, ἀλλὰ οὐ διὰ τὸ κοινῇ συμφέρον. Uno oſtendit exemplo cum multa ſint, & ſubtiliter exequenda, ut poſtea apparebit, quando huic quæſtioni locus ſit: ubi nimirum populare imperium paucorum dominationi, aut unius tyrannidi ſucceſſit. Quæri enim tum, an pacta conventa ab uno illo aut paucis inita, etiam mutato ſtatu, teneant civitatem ſive populum? Atq; hic quidem rationem dubitandi adducit. Poſtea autem, in alium locum differt rem totam: Εἰ δὲ δίκαιον διαλύειν, ὅταν εἰς ἑτέραν μεταβάλλῃ πολιτείαν ἡ πόλις, λόγος ἕτερος.

Digitized by Google

Ita

Ita enim acceperim hunc locum, ut in alia hujus generis diſputatione paulo ante: εἰς ἄλλον καιρὸν χρήσιμος ἡ σκέψις. Quando nimirum de ejusmodi mutationibus, & quæ inde conſequantur, agendum erit. Aliter *Grotius*: contra quem non levia ſunt, quæ afferri poſſunt. *de I. B. 2. 9. 8.*

Sicut nec illos audire hic poſſumus, qui ad ſolas res creditas exemplum Ariſtotelis trahunt, & auctoritate *Ulpiani* utuntur, in quantum civitas mutui datione obligari poſſit. Res enim clamat ipſa, per omne argumenti civilis genus, hanc diſputationem non modo poſſe, ſed ſolere produci. Neque fruſtra adjecerat Philoſophus: οὔτ' ἄλλα πολλὰ τῶν τοιούτων. Ut taceam, Civitatis appellationem accuratius hic ab Ariſtotele accipi, de ſocietate perfectâ, & ſui juris, rebus ad bene vivendum neceſſariis inſtructâ, ordineque imperandi & parendi diſtincta. ***Non enim verum eſt, quod multi ſcribunt, civitatem eſſe materiæ inſtar, cui reſpublica ſit pro anima. Civitas enim ſignificat totum quid: ſicut animal ſignificat integram ſubſtantiam animatam.*** Libenter utor verbis doctiſſimi *Conringii*: quorum veritas, tum ex infinitis Ariſtotelis locis, tum ex hac ipſa diſputatione, quæ primam libri tertii partem conſtituit, demonſtrari poteſt. Eodem pleno ſignificandi genere, ***Reſpublica*** veteribus dicitur. Nos utroutro hic utemur, nihil in partes diſſectum, aut aliunde ſuſpenſum, ſed perfectam, libertatisq; & imperii compotem ſocietatem civium intelligemus. Interim præclare eſt ab *Ariſtotele* nota-

*Cl. Felden. in Analyſ. Pol Ariſt.*

*l. 27. ff. de reb. cred.*

*Introduct. in Polit. Ariſtot. c. 4. p. 597.*



Digitized by Google

notatum; pendere hanc, de actis à civitate, quæſtionem, ab altera illa; *quando civitas eadem, aut alia, dicenda?* Ἔοικε δὲ οἰκεῖος ὁ λόγος εἶναι τῆς ἀπορίας ταύτης, πῶς ποτε χρὴ λέγειν τὴν πόλιν εἶναι τὴν αὐτὴν, ἢ μὴ τὴν αὐτὴν, ἀλλ' ἑτέραν. Verum, quemadmodum iſta ſe invicem juvent illuſtrentque, in ipſa ſuſcepti argumenti deſignatione cognoſcetur: ad quam, præmiſſis, quæ videbantur viam patefactura, contendendum eſt.

Quoniam ergo, uti dictum eſt, Civitatem nunquam hic de multitudine, quæ nihil aliud, quàm multitudo eſt, ſine ordine & ſpiritu illo, unde perfectio ſocietatis hujus unice repetenda intelligitur, accipimus; ſatis apparet, id demum Civitatem egiſſe, quod à conſtituto ſemel ſtatu, tanquam à cauſſa, proficiſcitur: ſicut in ſingulari imperio, is qui jure regio eſt, in Ariſtocratia, optimates; in populari imperio, populus; in mixto ſtatu, pro ratione & portione ſummæ poteſtatis participandæ, qui conſortes ſunt imperii, civitatis jure & vi agere dicuntur. Etiam tum, cum per legatos & curatores, tanquam publici hujus juris miniſtros, in quantum ejus rei idonea eſt ſignificatio facta, res geritur.

Valente igitur, ut inſtitutus eſt, ſtatu, vix locus eſſe videatur huic dubitationi, an Civitas egerit: nec eſſet forte, ſi æqualius ſe res humanæ & conſtantius haberent; aut doctrina civilis decretis potius ſapientiæ, quàm opinione hominum ac libidine, ſemper vigeret.

Ve-

Verum, quàm non ſint levis momenti, quæ hic quoque diſputantur, poſtea cognoſcetur. Conſpectiora interim ſunt, quæ mutato ſtatu dubitantur. Quare & *Ariſtoteles*, tantâ neceſſitudine, noſtræ quæſtioni, illam alteram devinxit; *quando ſit eadem civitas dicenda, aut alia?* Obſequimur hactenus Philoſopho, ut mutationes, quæ civitatibus eveniunt, paulo ſubtilius perſequamur, & ad ſingulas partes, exempla ſuſceptæ diſputationis ſubjiciamus.

Mutationes autem accidunt, *alia* quidem civitate manente eadem: *aliis* efficitur, ut civitas non ſit eadem: rurſum *aliis*, ut non ſit civitas, ſive ut deſinat eſſe civitas. In *primo genere* mutationum, occurrit dubitatio Ariſtotelica; *an mutata reipublica formâ, eadem ſit dicenda civitas?* ſi regnum migrâſſet in Ariſtocratiam; hæc in popularem ſtatum, & ſic per omnes, quæ fieri poſſunt ad hunc modum, mutationes. Reſponſionem *Ariſtotelis, quod mutata Reip. forma, non eadem ſed alia ſit dicenda civitas*, ſecure arripiunt adornantq; Interpretes: obliti, ut arbitror, formas, de quibus Philoſophus loquitur, *accidentales* eſſe; civitatem autem, ut eadem ſit, non debere Monarchiæ, Ariſtocratiæ, & ſic deinceps; ſed eſſentiali formæ, i. e. ordini imperandi & parendi, ſive imperio, ſive Majeſtati (eodem enim hæc recidunt) nondum ita conſideratæ, ut in uno aut pluribus exiſtit. Quod diſcrimen neglectum, omnem hunc locum tricis implevit. Contra Ariſtotelem *Hugo Grotius* recte quidem

3. polit. 2.

I. B. 2. 9. 8.



Digitized by Google

pronunciavit, *eandem eſſe civitatem Romanam ſub regibus*, *Conſulibus*, *Imperatoribus*; *neq; referre* ad hanc quæſtionem, *quomodo gubernetur civitas*, *regio ne*, *an plurium*, *an multitudinis imperio:* Sed diſtinctio, quæ ſubjicitur, vel idem dicit, quod paulo ante diximus; atq; tum omnino clarius debuiſſet proponi; vel difficultatem difficultate ſanare inſtituit; ſicut in ſequentibus, *de diverſa Jureconſulti & Politici conſideratione*, fieri, non immerito conqueritur *Cl. Feldenus*. Locus fuit huic deliberationi, cum expulſis Roma Regibus, forma civitatis mutata eſſet. Ibi enim quidam populi pacem & fœdera cum Romanis, adhuc ſub regno agentibus, facta, non ſervari oportere cenſebant iiſdem in libertate conſtitutis. Quæ res cum in Sabinis etiam agitaretur, repertus eſt Claudius prudentiæ & fidei laude præſtantiſſimus vir, qui tam importuna cenſentes coarguit, idemq; fœdus ac cum iiſdem factum vim ſuam merito obtinere oſtendit, ut auctor eſt *Dionyſius Halicarnaſſeus*. *lib. 9.*

*Ariſtotelis* exemplum hoc eſt: *Si civitas ex tyrannide, aut oligarchia, in libertatem & populare imperium perveniret, an tum* συμβόλαια *pacta conventa, ſed & alia tyranni; aut paucorum dominantium acta, ſervare oporteat civitatem liberam?* qui negabant, his rationibus utebantur: primo, *qua tyrannus, aut pauci illi egerunt, non egit civitas, qua tantum ex facto ſuo obligatur.* Quod ſi quis hîc reſpondiſſet, etiam tali ſtatu, ubi unius aut paucorũ dominatio obtineret, eſſe

civi-

civitatem, neque niſi ejus nomine cenſeri acta ejuſcemodi oportere: hoc illi negatum ibant, & *civitatis rationem hoc fine terminabant, ſi ad communem omnium utilitatem omnia referrentur: ubi aliter fit, non jus, non nomen reipublicæ, ſed vim ſolam & poteſtatem ſupereſſe*, contendentes. Quæ interpretatio Ariſtotelici loci, præſertim exemplo Tyrannidis & Oligarchiæ convenit, quas adeo & timebant & deſpiciebant Græci, ut reipublicæ aut civitatis nomine, ſtatum talem non dignarentur. Libertatis enim, & popularis imperii ſtudioſæ nationi, non aliunde, quàm ab iſto duplici genere periculum videbatur imminere. Nam quod doctiſſimus *Piccartus* putat, hoc eos velle, *quaſi in tali civitate reſpublicæ geminæ viderentur, una quæ proprium ſpectaret commodum & ſuum, ſc. Tyranni & Oligarchicorum; altera quæ commune commodum haberet, popularis videlicet; hujus tantum non illius acta pro ratis habenda*: ſtare non poteſt, aut verbis Philoſophi, non diſtortis, convenire. Et de prima quidem illa ratione, quàm non ſentiat magnifice Philoſophus, ex multis *Politicorum* locis abunde demonſtratur. Altera igitur ratio, qua nitebantur illi diſputatores, hæc videtur eſſe: *Etiamſi concederetur civitatem id egiſſe, quod in Tyrannide aut Oligarchia actum eſt, à Democratia tamen, quæ ſucceſſit, exigi non poteſt, ut ſervetur. Alia enim jam eſt civitas: à qua repoſci non debet, quod alia egit.* Non rejicit prorſus & ſtatim *Ariſtoteles*, quod de alia civitate allatum erat: ſed quomodo illa ratio ſo-

*in Commentar. Polit. Ariſtot. 3. 3.*



Digitized by Google

leat ac poſſit declarari, amplius oſtendit. Id tamē non obſcure declarat, neutra ratione obtineri, quod illi velint. Primæ enim rationi facile opponi, quod repugnet, exemplum poſſe: *Non eſt civitas, aut non egit civitas, ubi non referuntur omnia ad communem utilitatem. Annon enim in Democratia quoq; hoc accidere poteſt? Si ergo Democratia τῷ κρατεῖν οὖσα, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ κοινῇ συμφέρον, aliquid egerit, an negabunt, civitatem egiſſe? quod utiq; optimates, aut quicunq; ſucceſſerint, in tali cauſſa, ambabus manibus apprehenderint.* In altera ratione, etiamſi largiretur aliquis, non eſſe eandem civitatem, ab hac mutatione (quod tamen accurate loquentes nunquam dederint, ut ante dictum eſt) conventiones tamen ſervandas eſſe, de quibus hic quæritur, alibi & aliunde oſtendi poſſe, non obſcure Philoſophus indicat. Quærunt itaque Interpretes: unde hoc demonſtrari queat? Et alii quidem alia afferunt; exemplisque utuntur interdum, parum huc pertinentibus. Liceat & mihi expromere, quod ſentio. Omnino hîc diſtinguere oportet, quæ cum alia civitate Tyrannus aut pauci egerint, & quæ in ſua civitate conſtituerint. In hæc enim civitati plus juris eſſe, quàm in illa, dubio carere, arbitror. Pactum conventum erat τῶν τριάκοντα ſive eorum, qui oligarchiam Athenis gerebant, cum Lacedæmoniis, de pecuniis creditis. Nam triginta illi, in quorum manu reſpublica erat, pecunias publico nomine ſumſerant à Lacedæmoniorum civitate mutuas. Interim accidit

mu-

mutatio, qualem *Ariſtoteles* ponit: ut à paucorum poteſtate ad populum recideret reſpublica. Repoſcebant Lacedæmonii per legatos pecuniam, jure merito. Obtendere poterant Athenienſes mutationem civitatis, facinora triginta virorum, & expetendas ab ipſis pœnas. Id quod in ὅρκῳ ἀμνηστίας exceptum & reſervatum erat. Neque adeo defuerunt, qui dicerent, à triginta viris, qui his pecuniis contra cives in Piræeo uſi erant, repetendum hoc nomen. Alii autem de communi civitatis exſolvi, æquum cenſebant. Atque horum valuit ſententia, apud Athenienſes. Judicarunt enim, hæc pacta conventa, non civili lege aut formulis tantum tuenda, ſed ipſo naturæ dictatu, ad immobiles magnæ illius & infinitæ ſocietatis humani generis leges exigenda eſſe. Fidem enim fundamentum univerſæ juſtitiæ, non tam in hoc aut illo cœtu, quàm in civitate humani generis, habendum. Neq; aliud in animo *Demoſthenes* habuit, cum hoc factum laudat: φασὶ τὸν δῆμον ἑλέσθαι συνεισενεγκεῖν αὐτὸν ϗ μεταχεῖν τῆς δαπάνης, ὥστε μὴ λῦσαι τῶν ὡμολογημένων μηδέν. *Ferunt, populum maluiſſe per ſe conferre impenſas, quàm de pactis conventis quicquam non impleri.* Et mox Athenienſes alloquens: τότε μὲν τοῖς ἠδικηκόσιν ὑμᾶς ὑπὲρ τοῦ μὴ ψεύσασθαι τὰ χρήματα ταῦτα εἰσφέρειν ἠθελήσατε. *Et tum quidem etiam illis, qui injurii in vos fuerunt, pecunias illas conferre voluiſtis, ne quid de rerum conventarum fide deperiret.* Atque hæc ratio valeret, etiamſi revera alia facta eſſet civitas: quoad

*Orat. contra Leptinem.*



Digitized by Google

externos. Fingamus enim, civitatem aliquam redactam eſſe in formam provinciæ, i. e. non manſiſſe eandem civitatem, ſed factam eſſe partem alterius. Illam autem, cum adhuc libera eſſet, mutuas accepiſſe aliunde pecunias. An propterea ad novas tabulas confugiet, quia jam non eſt eadem, quæ fuit, civitas; imo ne civitas quidem, ſed pars alterius civitatis? Nunquam dixero. Fides enim rerum creditarum non jam civili, ſed humano jure nititur; neque civili conſociatione tolli poteſt id, quo efficitur, ut civile & ſociale ſit, quicquid hoc nomine cenſetur.

Ita in altero exemplo Ariſtotelico, egerit Tyrannus cum externa civitate de auxiliis adverſus communem hoſtem, æqua ex parte conferendis: dederit ei partem agri ex hoſtibus capti, præmium fidei & operæ; aut vendiderit: nullo jure populus libertati, excuſsâ tyrannide, reſtitutus hæc ad irritum cadere concupiſcet. Præterquam enim, quod aliter agendi cum civitate nulla facultas erat, civitatis ſemper, præſertim à tyrannide liberatæ, ea voluntas eſſe debet, ne alii ſua cauſſa careant ullo jure debito. Quid, ſi ſpolia civibus oppreſſis per injuriam erepta Tyrannus externæ civitati venum dederit? Tum vero, ſi ſcientes emerunt, ſuam in eo culpam agnoſcant fas eſt, æquoque animo careant illis, quæ nec vendi nec emi ſine injuria poſſunt. Etiam, ſi imprudenter emerunt. Valeatque hic, latius quàm ibi dicitur pertinens, Æmilii Lepidi Conſulis ſenten-

Digitized by Google

ſententia: *Illa quæ tum formidine mercatus ſum, pretio ſoluto, jure; dominis tamen reſtituo: neq; pati conſilium eſt, ullam ex civibus prædam eſſe.* Saluſt. Fragm. lib. 1. Hiſt.
Quod *jure* ſe mercatum ait, ad conſuetudinem & opinionem temporis, qua tum res agitabantur, ſpectat. Nam vero jure, quod non pro ſtatu & temporibus civitatis alicujus, quomodocunque decernitur, ſed eo, quod juſtum eſt, definitur, nec emi nec vendi talia poſſe, jam diximus. Pertinetque huc locus memorabilis apud *Tacitum*, ubi lacerato tyrannide imperio, *ſtultiſſimus quisq; pecunia mercabatur. Apud ſapientes caſſa habebantur, quæ neq; dari, neq; accipi, ſalva rep. poterant.* 3. H. 15. Quam æquitatem, ſi nolit emtor rei alienæ ſponte amplecti; quin repeti injuſte translata queant, nihil obſtare videtur, niſi quod cum eo, qui bona fide in hoc negotio verſatus eſt, ſummo jure agere, durum fuerit. Inde varia videmus bene moratis populis temperamenta placuiſſe.

In hac de actis Tyrannorum quæſtione, etiam illud probe conſiderandum eſt, egeritne Tyrannus ſuo unius arbitrio, neminis requiſito conſilio, neminis auctoritate adhibita? an ſenatus populusque, ſuis quibusdam propoſitis, privatam ſæpius quàm publicam rem ſpectantibus, ultro, quod unus ille voluit, decreverit, ſciveritque. Tum enim externis fraudi ille error eſſe non debet. Jam ipſa Tyranni conditio non eſt uniusmodi. Longe aliter enim ſe habent illa, quæ facit, ſola vi pro jure utens, & in republica pro lubitu graſſans; &, quæ



Digitized by Google

facit confirmata jam; utcunque adeptâ, poteſtate, ac interpoſitis totius civitatis decretis pactisque. Quod qui in cauſſa Julii Cæſaris inſuper habuerunt, non unis involuti ſunt difficultatibus. Sed præmittemus exemplum Sullæ. De cujus actis notabile eſt *Flori* judicium: *Cupidus rerum novarum per inſolentiam Lepidus, acta tanti viri* (Syllæ) *reſcindere parabat: nec immerito, ſi tamen poſſet ſine magna clade reipublicæ. Nam cum jure belli Sylla dictator proſcripſiſſet inimicos; qui ſupererant, revocante Lepido, quid aliud quàm ad bellum vocabantur? cumq́ damnatorum civiũ bona, addicente Sylla, quamvis male capta, jure tamen, repetitio eorum procul dubio labefactabat compoſitam civitatem. Expediebat ergo quaſi ægra ſauciaq́ reipublica requieſcere quomodocunq́, ne vulnera curatione ipſa reſcinderentur.* Quod de *jure belli* hîc dicitur, ex vulgi opinione, & ita capiendum eſt: quando res ſemel ad arma deducta eſt, tum victis patienda ſunt, quæcunque victori collibitum eſt facere. Id enim jus victoriæ, & jus belli ſtatuitur. Quo ſenſu *Salluſtius*: *L. Sulla, cui omnia in victoria lege belli licuerunt, tametſi à Sulpitio hoſtium partes muniri intelligebat; tamen paucis interfectis, ceteros beneficio, quàm metu retinere maluit.* Accuratiori judicio, hoc jus belli, ſine temperamentis æquitatis, ſumma injuria habetur: præſertim in bello civili, ubi

lib. 3. c. 23. *orat. 2. de rep. ordin.*

*Quemq́ ſua rapiant ſcelerata in prælia cauſſa.*

*2. de offic. 8.* Hinc Cicero vere de Sulla: *quod honeſtam cauſſam ſecuta ſit non honeſta victoria*; quod ſum-

ſumma ejus *in cives crudelitas* fuerit: quod *Sulla pecuniarum translatio à juſtis dominis ad alienos*, injuſta fuerit. *Vellejus immodicæ crudelitatis licentia* uſum teſtatur, multasq; indignitates proſcriptionis & victoriæ recenſet. Similia apud *Plutarchum* legas, & alios. Quare *Florus*, merito reſcindi potuiſſe, judicat, acta Syllæ: niſi quod conſultum id minime fuerit, & turbide à Lepido tentatum. Quo pacto à quæſtione conſilii, ad juris rationem reducitur negotium, quatenus injuſtum cenſetur, etiam cum clade & exitio patriæ, jus perſequi. Temporis enim tanta vis eſt, ut commutare interdum officii regulas videatur.

*1. de offic. 14.*
*2, 28.*
*In Syll.*

In Julii Cæſaris exemplo eodem genere philoſophandi utuntur: diſtinguentes inſuper acta rationi conſentanea, & reipublicæ utilia, à præcipitibus & pravis. Quanquam enim *Ciceroni* perabſurdum primo videbatur, *τυραννοκτόνους in cœlo eſſe, tyranni facta defendi*; & eſſe, *qui, dum ſe pacem velle ſimulant, acta nefaria defenderent*: aliter tamen in Senatu loquitur. *Acta*, inquit, *Cæſaris ſervanda cenſeo: non quo probem (quis enim id quidem poteſt?) Sed quia rationem habendam maxime arbitror pacis & otii.* Inter acta ſubinde *leges* quasdam ejus laudat: *Chirographa* autem quædam, & *memoriæ cauſſa in libellum relata*, in actis numeranda non eſſe oſtendit. Cumque iterum de legibus locutus eſſet, *quæ quidem ego*, inquit, *qui illa nunquam probavi, ita conſervandæ concordiæ cauſſa arbitratus ſum, ut non modo, quas vivus Cæſar leges*

*Ep. ad Attic. 14. 6. & 9. & 15.*
*Phil. 1. 7.*
*Phil. 1. 9.*

tu-

Digitized by Google

*tuliſſet, infirmandas hoc tempore non putarem; ſed ne illas quidem, quas poſt mortem Cæſaris prolatas, & fixas videtis.* Subjecta iterum ſuſpicione de auctoritate, unius viri, qui varia obtentu hujus nominis domo afferret. Et clarius: *Acta Cæſaris pacis cauſſa confirmata ſunt à Senatu: quæ quidem Cæſar egiſſet, non ea, quæ Cæſarem egiſſe dixiſſet Antonius.* Sed in hac re præteritur à *Cicerone*, quod huc maxime facit. Non enim poterant hic acta Cæſaris, ut tyranni, actis à civitate opponi. Tyrannidis enim æſtimatio à Senatu Populoque Romano ſublata erat, tot honorificis decretis, quæ Cæſaris partam quomodocunque poteſtatem ex tyrannica juſtam redigerent: cum præſertim hoc quoque inter ea ſtatuiſſent, τὰ πραχθησόμενα αὐτῷ κύρια ἔξειν. *quæcunq; acturus eſſet, rata fore*, i.e. ejus acta pro actis civitatis habitum iri, apud *Dionem*. Cujus verbi quanta vis ſit, quanta ſententia, vel inde conſtat, quod *in acta Principum jurare*, nihil aliud eſſet, quàm ſingularis imperii nota & pignus. Manſitq; veneratio nominis Juliani, unde monarchia Cæſarea initium traxit, ut etiam inſecutis temporibus ſolenne eſſet, *in acta divi Auguſti, & divi Julii jurare*, ſicut ex *Tacito* diſcimus. Fruſtra hic exceperis: illa omnia Cæſari tributa partim adulatione, partim calliditate, ut invidiæ objiceretur; denique vel neceſſitate. Hæc enim omnia accuſant eos, qui fecerunt, non excuſant: neque ſacramentis, ut talibus, licet ludere: &, ſi qua neceſſitas ſuberat, eam ipſi ultro ſibi acciverunt, qui

Phil. 2. 39.

lib. 44.

16. A. 22.

poſtea de illa queſti ſunt. Impoſuerunt uni civitatis perſonam, quocunq; animo, publicæ profecto fidei pignoribus; illudque ſuum judicium, neceſſitudine forte reipublicæ, confirmarunt. Pœnituit hujus judicii non alios, quàm æmulos & altiora ſpirantes, ſibique ad eadem, quæ in Cæſare damnabant, viam molientes. Hæc pœnitenda pœnitentia paucorum, efficere utiq; non potuit, ut acta civitatis non eſſent habenda, quæ civitas tota, cum ſe unius arbitrio permitteret, agnovit prædicavitque.

Neque hic *Ciceronis* auctoritate ad eorum ſententiam ſtabiliendam utendum eſt, qui putant fidem quoque tyrannis datam, & pactiones interpoſitas, violari ſine injuria poſſe. Quos merito *Grotius* refellit. *Cicero* autem ipſe, quod alibi monuimus, incautius Græcorum adverſus tyrannos opiniones ſubinde jactitat: à quibus tamen ſe Romani, etiam in exercitationibus oratoriis, removerunt. Illuſtris locus eſt *Marci Senecæ Rhetoris*: *Græcorum improbam quæſtionem ſatis erit in ejuſmodi controverſiis ſemel aut iterum annotaſſe; An in tyrannicidam uti pater hac lege poſſit, quaſi enim ſacras & publicas (tyrannicidæ) manus eſſe: in quas ne piratæ quidem licere quicquam putant. Noſtri hoc genus quæſtionis ſubmoverunt.* Cujus improbitatis ſpecimen etiam alter tyrannicida adulter edit: *non putavi adulterium, uxorem tyranni polluere.* Et hîc quidem fortuitum, occaſione deprehenſi adulterii tyrannicidium occurrit. Alibi adulte-

*3. offic. 6.*

*I. B. 3. 19. 2. & ſeq. confer 2. 13. 13.*

*Controv. lib. 1. c. 7.*

*M. Sen. excerpt. controv. IV. 7.*

rium tyrannicidii cauſſa patratum, in jus vocandum negatur: τὸν γὰρ τυράννου γυναῖκα διαφθείραντα καὶ διὰ τὴν τοιαύτην μοιχείαν συνηθέντα ἀνελεῖν τὸν τύραννον καὶ ἐλευθερώσαντα τὴν πόλιν ἕλκειν εἰς εὐθύνας, πῶς οὐκ ἄν τις διημαρτημένον δίκαιον εἴποι;
*in lib. 5. Eth. Ariſt.* Qui error non debuit admitti à *Michaele Epheſio*, hoc obtentu; quaſi legislator, ſi caſum talem prævidiſſet, cum hac adjectione ſcripturus fuerit legem: δεῖ πάσης ἀλλοτρίας γυναικὸς ἀπέχεσθαι πλὴν τῆς τοῦ τυράννου. εἰ μέλλει διὰ τῆς τοιαύτης μίξεως ἡ πόλις ἐλευθεροῦσθαι. Non enim ita ſcripturus unquam fuerit legem bonus legislator, cujus gravitas longe differt à cauſſidici inſti-
*Hermogen. περὶ τῶν στάσ.* tuto, qui in confeſſo facinore rei, aliquando opponit ἕτερόν τι εὐεργέτημα μεῖζον δι' αὐτοῦ τοῦ ἀδικήματος πεπραγμένον.

Sed & legibus de tyrannicidio latis, impedimentum afferunt ſubſecutæ pactiones civitatis cum tyranno. Nam & lex civitatis, & pactio civitatis, eſt ab una voluntate. Quæ contraria ſibi eſſe nec debet, nec creditur. quo fit, ut poſterior ſignificatio voluntatis tollat & minuat priorem. Neq; hic poteſt objici: Civitatis à tyranno oppreſſæ non eſſe liberam & integram voluntatem. Præterquam enim quod vis adhibita, non verbo, ſed rebus demonſtranda eſt; & quidem tempore pactionis: exempla pleraq;, ubi huic quæſtioni locus eſt, conſenſum haud obſcurum aut per ambages
*Tac. 4. H. 67. Grot. I. B. 2 24. 6.* oſtendunt. Poteſt & ſimili deliberatione res declarari, quando agitatur: *Libertas an pax placeat?* Et ſpectetur ſane, quod multis placuit, ty-

Digitized by Google

tyrannus, ut hoſtis reipublicæ. Conſequatur ergo eadem jura quæ hoſtis. Cum hoſte diremta cenſentur humanæ ſortis commercia. At, ubi primum cum eo incipimus agere aut paciſci, jam redimus ad integranda in tantum ſocialia jura: & diremtus de cetero, pactione conjunctus nobis intelligitur. Quæ veriſſima & prima origo eſt temperamenti ad æquitatem juris bellici, rei crudæ, niſi ſcienter tractetur.

In cauſſa fœderis, quod Romani cum Nabide tyranno fecerunt, parum accurate verſatur *Grotius*. Nos omiſſa repetitione alienæ expoſitionis, rem ad ſuas origines, & noſtram quæſtionem revocabimus. Et alias quidem belli adverſus Lacedæmonios cauſas nihil attinet excutere. Unum videbatur obſtare, fœdus cum Lacedæmoniis factum. Quod impedimentum ut removeret *T. Quintius*, ita apud *Livium* reſpondet: *Amicitia & ſocietas nobis nulla tecum, ſed cum Pelope Rege Lacedæmoniorum juſto & legitimo facta eſt. Cujus jus tyranni quoq;, qui poſtea per vim tenuerunt Lacedæmone imperium (quia nos bella nunc Punica, nunc Gallica, nunc alia ex aliis occupaverant) uſurparunt; ſicut tu quoq; hoc Macedonico bello feciſti.* Hæc verbis adornata in ſpeciem, nullum argumenti pondus habent. Florentibus adhuc Lacedæmoniorum rebus, ad pugnam Leuctricam uſque, non poterat cum Rege fœdus fieri, ut cum civitate factum reputaretur; niſi quatenus civitas ſuam poteſtatem, Regis, ut legati aut curatoris, nomine exercere deſtinaverat. Erant enim

*l. B. 3. 10. 18. & 3. 19. 3.*

*lib 34. c. 32.*



Digitized by Google

Spartæ, nomine non poteſtate reges. Poſtquam autem revera nomini poteſtas, per varias mutationes acceſſit, non detrectat Quintius legitimi regis jura: Sed in regno jam juſto, ſucceſſores nullo jure nixos, & per vim tenentes imperium ac exercentes repudiat. Quaſi diceret: quod cum juſto & legitimo rege, adeoque cum civitate actum eſt, non obtinet vim ſuam, ſi regno tyrannis ſucceſſit. Sicut ex converſo antedicebant apud Ariſtotelem, non ſervanda in populi imperio, quæ tyrannus egiſſet, quia ex mutatione illa alia eſſet facta civitas. Niſi quod plus mutationis ibi, quam hîc occurrit. Ibi enim forma una in alteram; hîc una, recta ſcilicet in declinatam mutatur. Atque ſi hæc dicerentur de invaſore regni, antequam firmata ei eſt conſenſu & pactione poteſtas, non poſſent rejici. Niſi quod Quintium infirmius

Liv. 34. 31. juvarent, cui Nabis valide oggeſſerat: *De nomine hoc reſpondere poſſum; me, qualiscunq; ſum, eundem eſſe, qui fui, cum tu ipſe mecum, T. Quinti, ſocietatem pepigiſti. Tum me regem appellari à vobis memini: nunc tyrannum vocari video.* Unde & aſtutia Quintii intelligitur, qui diſſimulata propiore pactione, vetuſtiorem tantum attulerat. Quid? quod continuata in tyrannos ſucceſſio, quam agnoſcit Quintius, non leve parit argumentum adverſus eos, qui non contradixerunt, in quantum ſua intereſſet. Conflictatam enim Spartam, ex eo, quod dixi, tem-

lib. 4. pore, acerbiſſima ſervitute, usq; ad Nabidem,

lib. 13. *Polybius* locuples auctor eſt. Idem, qui ipſius

Nabi-

Digitized by Google

Nabidis infandam crudelitatem deſcribit. Sed hinc alius adverſus tyrannum titulus juris naſci poterat: à cujus ſcilicet ſævitia vindicari oppreſſos, fas & jura ſinunt. Quanquam neq; hujus rei gloriam ſibi trahere Romani poſſunt, reſtitutis Argis, *ſerva Lacedæmone relicta*, cum pacem Nabidi petenti darent. Cum quo & Quintius, in illa pactione pacis, & poſtea Senatus Romanus egit, ut cum civitate Lacedæmoniorum: ultro everſo diſcrimine juſti regis & tyranni, quod antea allatum erat. Libuit hæc paulo explicatius evolvere; ut meminiſſe velint, qui hiſtorias legunt: vera rerum momenta, ab illis, quæ tempori & cauſſæ ſerviunt, inventis, probe diſcernenda eſſe. *Liv. 34.40.*

Non attingam noſtri temporis exempla, ad ludibrium aut opprobrium magnorum nominum valitura, ſi omnia acta ab eo & cum eo, qui neque paraſſe, neque habuiſſe per bonas artes imperium, plerisque viſus eſt, non haberentur pro actis à civitate & cum civitate.

Quanquam, ut ſupra innuebam, aliqua agi à tyranno, etiam jus adepto, nec jam tyranno; poſſunt, quæ pro actis à civitate, ex natura rei, neutiquam ſunt habenda. Ut, ſi quis faceret, quod Dux Athenienſis, Florentinorum cervicibus incubans fecit, *cum mercatoribus, qui Lucenſis belli tempore, rempublicam pecunia juverant, ſyngraphas tabulasq; eripuit*, teſte *Machiavello*. Rerum enim creditarum fides ſanctior eſt, quam ut ullius poteſtate hominis convelli queat. Neque obtentui, eminens dominium *Hiſtor. Florent. lib. 2. an. 1342.*

 hic

hic eſſe potuit. Sicut igitur bello, privatorum jura inter ſe & commercia ſuſpendi contingit ac ceſſare; pace autem, quæ ad naturalem ſtatum omnia reducere inſtituit, vim priſtinam exſerunt, (naturalem enim æquitatem ſequitur formula pacis Antiocho à Romanis datæ, Rhodiis cavens: εἴ τι χρῆμα ὀφείλετ' αὐτοῖς, ὁμοίως ἔστω πράξιμον. καὶ εἴ τι ἀπελήφθη ἀπ' αὐτῶν, ἀναζητηθὲν ἀποδοθήτω.) ita tyrannis intercidere poteſt jura naturæ, non efficere, quin obſtaculo amoto ſtatim valeant vigeantque.

*Excerpt. Legat. Polyb. 35.*

Mutata de cetero forma civitatis, quædam per ſe concidant neceſſe eſt: non quod alia jam ſit civitas; ſed quia quædam acta erant, ut à tali civitate, aut cum tali civitate. Sic inſtituta Ariſtocratica, ſive quæ remp. ut ἀριστοκρατουμένην ſpectabant, ſuccedente alio ſtatu intereunt; quemadmodum quæ ſingularis imperii propria ſunt, in plurium regimine locum non habent. Idque & domi & foris valet.

Quia verò mutationes ejuſcemodi non quidem ſemper, ſed plerumque accidunt, intercedente παρεκβάσει, ſive declinatione ſtatus recti, in vitioſum, ut ſingularis imperii in tyrannidem, ariſtocratiæ in oligarchiam, popularis reipublicæ in licentiam multitudinis: ſæpius redit illa quæſtio de actis tyrannorum; an ſervari oporteat in conſtituta jam recta formâ, quod actum eſt in degeneri? De qua tamen re ſatis jam eſt dictum. Niſi quod hoc adjiciendum videtur: illas παρεκβάσεις vel annos ac ætatem ferre; vel brevi & controverſo ſemper ſtatu,

*Polyb. lib. 6.*

ſtatio-

Digitized by Google

rationem obtinere tranſitus ad rectam novamve formam. In quo poſteriori genere plus diſputationis ſolet occurrere.

Eſt & illud non prætereundum genus *occultarum mutationum.* Apertas enim & vulgus videt novitque. At cum τὸ κρύφα πολιτεύεσθαι in republica induci cœpit, prudentium tantum oculis pervia ſunt fata civitatis vicesque. Non aliis autem civitatibus, ab hoc genere majus eſt periculum, quàm ubi Democratia, aut mixta forma obtinet. *Popularis poteſtas*, inquit *Bodinus, ſæpius nullo pæne ſentiente convertitur ad optimates.*---- & mox: *Ejusmodi fuit earum quas dixi civitatum converſio à populo ad optimates: qualis etiam contigit Venetis, Lucenſibus, Rhaguſianis; quorum imperia, cum olim popularia fuiſſent, temporis diuturnitate, Ariſtocratica, nullo pæne id ſentiente, evaſerunt.* Eodem modo in mixto ſtatu, fieri ſolet, ut per varias artes una pars ſibi vindicet, & quaſi ſuo jure agat, quod non niſi juncta vis partium agere debebat. Quæ labes increſcit, ubi corrupti mores, nihil in reip. adminiſtratione incorruptum patiuntur eſſe. Quo tempore etiam hebetes, fatali caligine, ad perſpiciendum oculi; inertes ad ſentiendum animi deprehenduntur. Neque vulgi tantum is error eſt; ſed magnorum aliquando virorum ingenia fatigat hæc obſervatio. Nam ſubinde *ſigna conturbantur, quibus voluntas à ſimulatione diſtingui poſſit*, quæ *Ciceronis* querela eſt. In Romana Rep. ex eo tempore, quo mixta eſſe debuit, ſæpius factum eſt, ut partes plus

*de rep. 4, 1.*

*Ep. ad Att. 8, 9.*

pollerent, quàm jus reipublicæ poſtulabat; tribunis plebis iſta parum ſentientibus, & varie ad alia averſis. Populus quoque, dum poſt hæc undique libertatem ſuam amplificare, aut libidini ſuæ obſequi tendit, non animadvertit, ſe ultro viam ſternere ad paucorum potentiam, quæ in tyrannidem deſitura erat. Et illud quidem genus occultæ mutationis, quod ſine omni motu & ſtrepitu, quaſi tacita voluntatum conſenſione perficitur ac abſolvitur, vix capit hanc diſceptationem de actis civitatis. Sed in illis occultationibus, quæ in republica corrupta utramque paginam faciunt, perpetua hæc animos angit dubitatio. Mutationis enim vocabulo corruptiones quoque reip. varias comprehendimus: quotiens à fine civitati propoſito, formæque legibus deſcriptæ ac moribus firmatæ rationibus, agendi adminiſtrandique ratio deflectit, aut vincula inſtituti contextus infirmat, ſolvit, rumpit. Quæ dum agitantur, occaſiones potius & cauſſas, omina item ac principia mutationis, quàm mutationem habere videntur. Quicquid enim mutationis conſummatæ ſpeciem prodere poteſt, abſtruditur interim, ac diſſimilima per vocabula obtegitur. Defenſio etiam & conſervatio reipublicæ vocatur, quod ad σύγχυσιν τῆς πολιτείας interim tendit. Quæ confuſio longas moras trahere, & infinitas per ambages circumduci poteſt. Non eſt majus exemplum ab hominum memoriâ, Romanâ civitate: ubi à Gracchanis temporibus, usq; ad conſtitutum

*Cic. ad Att. tic. 7, 8.*

ab

ab Auguſto ſingulare imperium, centum circiter annis, per factiones, tumultus, certamina, dominationes modo paucorum, modo unius, bella civilia; mutationes mutationibus tam irrequieto motu ſunt continuatæ, ut ad terminum illum fatalem vix tandem viderentur ſubſtitutæ. Cujus rei ſeriem compendio ſignat *Salluſtius*, nobili digreſſione *in bello Jugurthino:* *c. 41. & 42.* *Ceterum mos popularium partium, & Senatus factionum, ac deinde malarum artium paucis ante annis Romæ ortus eſt. Namq; cœpere nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubidinem vertere: ſibi quisque ducere, trahere, rapere: ita omnia in duas partes abſtracta ſunt: reſp. quæ media fuerat, dilacerata.* Sequitur deſcriptio oligarchicorum facinorum: quæ cum patefacere, plebemq; in libertatem vindicare inſtituerent Gracchi, *quibus* tamen *cupidine victoriæ haud ſatis animus moderatus fuit, moveri civitas, & diſſenſio civilis, quaſi permixtio terræ oriri cœpit.* Et alio loco: *Poſtquam remoto metu Punico, ſimultates exercere vacuum fuit, plurimæ turbæ, ſeditiones, & ad poſtremum bella civilia orta ſunt: dum pauci potentes, quorum in gratiam plerię; conceſſerant, ſub honeſto patrum aut plebis nomine dominationes affectabant, boniq; & mali cives appellati, non ob merita in remp. omnibus pariter corruptis, ſed uti quisq; locupletiſſimus, & injuria validior, quia præſentia defendebat, pro bono ducebatur.* *Fragm. lib. 1. Hiſt.* Tam perturbato rerum ſtatu, eadem quidem manſit civitas, quamvis corrupta & immenſis concuſſionibus agitata: ſed quicquid

 præ-

præpollenti factioni aut paucis præpotentibus placuit, civitatis nomine præſcribebatur. *Ciceronis* epiſtolæ, præſertim ad Atticum, comentariorum vicem præſtant, frequentibus querelis, perpetuis judiciis; de adminiſtratione reipubli-
*Ep. ad Att. lib. 7. 7.* cæ. *Audio*, inquit, *conſtitutum eſſe Pompejo & ejus conſilio, in Siciliam me mittere, quod imperium habeam. Id eſt* Ἀβδηριτικόν. *nec enim ſenatus decrevit, nec populus juſſit, me imperium in Sicilia habere.* Civitatis equidem erat, imperia mandare, i.e. Senatus populiq;. Sed cum reſpublica valeret. Nunc unum aliquem aut paucos, omnia poſſe, non ἀβδηριτικὸν, ſed ῥωμαϊκὸν erat. nonne enim jam pridem, Cicero, vidiſti priorem Cæſaris conſulatum. *A[illegible]um imbecillus plus,*
*7. 9.* inquis, *valuit, quàm tota Reſpublica.* Neque, his moribus, opus eſt illâ deliberatione de præpo-
*7. 13.* tente & victore: *quid autem ſit acturus, aut quo modo, neſcio, ſine ſenatu, ſine magiſtratu. Ne ſimulare quidem poterit quicquam* πολιτικῶς. Non deerunt ſpecioſa vocabula, ne verere. Quamquam ſenatus populusque ſuis moribus & κακοπολιτείᾳ jamdudum effecerant, ne docta ſimulatione opus haberet, qui ambitionem & libidinem animi in conſilio habet.

Erant ſane bonis viris, illisque qui optimates vere haberi vellent, in ore & animo, auctoritas reipublicæ, odium dominationis paucorum, & tyrannidis; neque alio volebant frequentius charactere notari, quàm illo poëtæ:

*6. 3. &* *non contemnere ſe, & reges odiſſe ſuperbos.*
*2. 8.*
*2. 14.* Solenne tum carmen factum: *hoc vero regnum*

*eſt,*

Digitized by Google

*eſt,& ferri nullo pacto poteſt.* Sero: *ex quo intellectum eſt τρισαρειοπαγίτας ambitum, comitia, interregnum, majeſtatem, totam deniq; remp. flocci non façere.* Ex quo, *quæ invidioſa fuit Senatus* 4.17.
*potentia, non ad populum, ſed ad tres immoderatos* 2.9.
*homines redacta eſt.* Quin & plebis animi, quod ſibi ſuo jumento acciverant malum, nequaquam tacite dolebant: Verum querelis non tollitur, ſed irritatur tyrannis. Licet ergo vere ſcripſerit de illis temporibus *Cicero: nihil un-* *Ep. ad Attic.* 2,19.
*quam fuiſſe tam infame, tam turpe, tam peræque* adde 2. 21.
*omnibus generibus, ordinibus, ætatibus offenſum, quàm illum ſtatum, qui tunc erat: cum populares illi, etiam modeſtos homines ſibilare docuerunt:* Nihilo tamen minus, veriſſime id quoque ſcriptum eſt: *hic ſtatus, qui una voce omnium* 2.18.
*gemitur, neq; verbo cujusquam ſublevatur. Populi* 2.19.
*ſenſus* quidem *maxime theatro & ſpectaculis* (ubi non ſanatur, ſed deluditur reſpublica) *perſpectus eſt. Diphilus tragœdus in Pompejum petulanter invectus eſt:* Noſtra Miſeria tu es magnus, *millies coactus eſt dicere.* Eandem virtutem iſtam, veniet tempus, cum graviter gemes, *totius theatri clamore dixit, itemq; cetera.* ---- Si neque leges, neque mores cogunt, & *cetera magno cum fremitu & clamore ſunt dicta.* Sed quid valeret jam, quamvis *una vox omnium, magis odio firmata, quam præſidio?* Nullus hic clamorum popularium fructus: nullam jam *Archi-* 2. 21.
*lochia Bibuli edicta* remedium promittunt: imbelle & fragile adverſus armatas opes telum. Neq; medicinam reipublicæ vulneribus facit



Digitized by Google

invictus quidem, ſed ſeram magis pœnam ab auctoribus cladium repetiturus, quàm interceſſurus cladibus, calamus ejus, qui ſcripſit :
8.6. Ἀνέκδοτα, *Theopompino genere, aut etiam aſperiore multo pangentur. Neq; aliud jam quicquam* πολιτεύομαι, *niſi odiſſe improbos, & id ipſum nullo cum ſtomacho, ſed potius cum aliqua ſcribendi voluptate.* Prætermiſſum erat tempus, quo naſcentibus malis facilia & celeria proponebantur remedia : & ad multos reipublicæ morbos, nexamque tot vulnerum continuatione ſeriem pertinet, quod de uno, qui ſe in
7.7. poſſeſſione reip. collocaverat, extulit *Tullius: horum omnium* (malorum) *fons unus eſt: Imbecillo reſiſtendum fuit : & id erat facile.*

Adverſus rempublicam, ne ulla vis valeat, in tempore providendum eſt. Ne humanæ ambitioni aut cupiditati locus ſit, légum eſſe intemerata auctoritas debet. In plurium imperio, quicquid de legibus detrahitur, perſonis adjicitur; corruptioni & mutationibus variis anſam præbet. Ne gliſceret paucorum poteſtas, nihil ex juribus reipublicæ laxandum, remittendum, minuendum erat. Fecerunt Romæ magnos, qui factos jactantius dolebant. Ceperunt te quoque, M. Tulli, præpotentium illecebræ : neque diſſimulâſti gaudium ex
4.15. favore eorum. *Illud quidem*, inquis, *ſumus adepti, quod multis & magnis indiciis poſſumus judicare, nos Cæſari & cariſſimos & jucundiſſimos eſ-*
7.1. *ſe.* Et rurſus : *alterum complectebar, quia de me erat optime meritus; alterum, quia tantum valebat.*

Digitized by Google

*hat. Feci igitur, itaq; feci omni obſequio, ut neutri illorum, quisquam eſſet me carior.* Deceptus quidem eſt candor tuus ſæpius (quod fere optimo cuiq; inter ambitioſos & dominandi cupidos evenire ſolet) neq; dubitas fateri tuum errorem: *Pompejus amat nos, carosq; habet. Credis? inquies, credo: prorſus mihi perſuadet. Sed quia, ut video, pragmatici homines omnibus hiſtoricis præceptis, verſibus deniq; cavere jubent, & vetant credere: alterum facio, ut caveam: alterum, ut nõ credam, facere non poſſum.* Sequebatur ergo ut lamentareris: *Utinam mihi tam in periculo mens integra fuiſſet, cum ego iis, quibus meam ſalutem cariſſimam eſſe arbitrabar, inimiciſſimis crudeliſſimisq; uſus ſum: qui, ut me paululum inclinari timore viderunt, ſic impulerunt, ut omni ſuo ſcelere & perfidia abuterentur ad exitium meum.* Et: *Vides me omnibus ampliſſimis, cariſſimis, jucundiſſimisque rebus perfidia hominum ſpoliatum; vides me à meis conſiliariis proditum & projectum.* Jam in Pompejum favor, aliquid excuſationis habere potuit, dum credidiſti, eum pro republica niti. excuſſa tibi eſt rebus manifeſtis ea opinio. fateris enim: *Cnæus noſter, cum antea nunquam, in hac cauſa minime cogitavit*, ut civitas beata eſſet. *Dominatio quæſita ab utroq; eſt, non id actum, beata & honeſta civitas ut eſſet. —— genus illud Sullani regni pridem appetitur; multis qui una ſunt, cupientibus. ——— neutri σκοπὸς eſt ille, ut nos beatiſimus; uterq; regnare vult.* Et iterum: *Mirandum in modum Cnæus noſter Sullani regni ſimilitudinem concupivit. εἰδώς σοι λέγω. nihil ille*

Margin: 2. 40. 3. 13. 3. 19. 8. 11. 9. 7.

un-

Digitized by Google

*unquam obſcure tulit. Cum hocne igitur*, inquies, *eſſe vis? beneficium ſequor, mihi crede, non cauſſam, ut in Milone; ut in. ſed hactenus.* Reſponderat tibi abunde Atticus tuus. Sed anxia deliberatio tua, deſiit tandem in perpetuam fluctuationem, unde nec te nec rempublicam expedire potuiſti.

Non egiſſe his temporibus civitas dicenda eſt, quæ paucorum per arbitria jactabantur. Et ſi mature advigilaſſet Senatus Populusque, in quibus unis nominibus auctoritas Civitatis erat, impediri pleraque debuiſſent, & reſcindi potuiſſent. Sed prodita, quibus dictum eſt modis, auctoritate publica, relicta eſt miſera conſultatio; an bello & immiſſis percuſſoribus, actis tyrannorum, in tantum corroboratis, etiam cum periculo & pernicie civitatis intercedere fas eſſet: cujus generis *θέσεις politicas & temporum ſuorum*, *Cicero* commentatus eſt: dum *παλιγγενεσίαν* ſuam & virorum bonorum fruſtra expectat. Injuſta enim dominatio nemini infeſtior eſt, quàm viris cordatis, & patriæ amantibus, quorum voce oppreſſa, conſiliis à republica ſubmotis, facilius in turbido piſcantur & ſecurius illi tyranniones. *9. A.*

Et hactenus quidem de mutata reipublicæ forma, & tentamentis, conatis, ſerie contextuq; talium mutationum, exemplorum ſatis. Fiunt autem, & affectantur aliæ quoque mutationes manente formâ: cum *alii homines, dejectis, qui rerum potiebantur, ſuccedunt, non alii civitatis mores*; aut *unius ſtatus diſciplina intenditur, vel* *Ariſtot. 5. polit. 1.*

re-

Digitized by Google

*remittitur; aut novus magiſtratus inſtituitur in republica, aut abrogatur.* Quæ *Philoſophi* annotatio ita accipienda eſt, ut in rectis & deerrantibus formis locum habere meminerimus; imo in aberrantibus ſæpius. Quid enim frequentius, quam tyranno dejecto, non tolli tyrannidem, ſed ſuccedere alium tyrannum; paucis impotenter dominantibus, ſubſtitui in eodem ſtatu, alios pari poteſtate armatos? Jam intendi & remitti tyrannidem unius vel paucorum, pro ingenio dominantium, aut temporibus, adeo notum eſt, ut annotatu non indigeat. Illa difficilior inſpectio, quando in ſingulari unius imperio, ex civiliore formula, paulatim adductius regnatur, & ad herile imperium pervenitur. Hic enim quidam omne addictius regimen damnant, & herilem omnem dominatum tyrannidis crimine infamant: violentius ſcilicet philoſophati. Neque enim civitatem egiſſe negaveris, quod gliſcente ejusdem ſtatus formula, & intenſiore jam Principatu geſtum eſt. Niſi quod in mixto ſtatu, vix unius partis jura intendi poſſunt, quin alterius partis jura imminuantur. De qua re infra aliquid dicendum erit.

De magiſtratu novo, exemplis non accurate utuntur Interpretes Ariſtotelis. *Tribunorum* namque *plebis* inſtitutio Romæ ſpectavit ad ipſum ſtatum; ſive ad partem democraticam in mixto illo ſtatu firmandam. Quanquam enim ſtatim ab initio libertatis, res ad mixtam formam cœpit vergere; tamen parti populari

tum

Digitized by Google

tum demum ſuum jus in republica eſt firmatum. Quare & poſtea, qui diminuere aggreſſi ſunt poteſtatem tribunitiam, quod de Sulla & Pompejo referunt, κατάλυσιν μέρους δημοκρατικοῦ, ſive diſſolutionem juris popularis ſibi propoſitam habuerunt. Fuerit igitur *Tribunatus* ex eo genere magiſtratuum, de quo, ex *Ariſtotele*,
3. de ll. 5. *Cicero* dixit: *magiſtratibus, iisq; qui præſint, contineri rempublicam, & ex eorum compoſitione, quod cujusque reipublicæ genus ſit, intelligi.*

Veriora exempla ſunt extraordinariorum magiſtratuum ac imperiorum. *Dictatura* hujus generis eſt: quæ nihil aliud erat, quàm magiſtratus extraordinarius, cui respublica commiſit imperium ad certa negotia conficienda, bellum gerendum, comitia habenda, ſeditionem ſedandam, aliaque. Neque eſt, quod temporarium inde regnum *Grotius* faciat: contra
l. B. 1. 3. 8. & 11. quem potius audiendus eſt *Bodinus*, noſtræ ſen-
1. de Rep. 8. tentiæ aſſertor. Itaque, quamquam ab initio Civitas, per dictatorem actura, tantam ei committeret poteſtatem, ut *provocatio non eſſet:*
Liv. 2. 18. & 3. 20. tamen, cum poſtea provocatum eſſet, ſeveriſſimus dictator Papirius agnovit populi eſſe, quicquid in dictatura eſſet juris, neq; ſuum, *ſed*
Liv. 8. 33. & c. *populi Romani imperium, diſciplinam militarem, ſolennem & ſacratam militiam*, in ore habuit: firmatumque tum periculo Fabii *imperium militare*, *Hiſtoricus* judicavit. Poſſetque hoc exemplum optime cum eo comparari, ubi af-
Liv. 4. 42. firmatur, *de omnibus ſummam populi Romani poteſtatem eſſe.* Quare & ad Senatum de agendis

dicta-

Digitized by Google

dictator retulit, & Senatus decrevit: addita ſane interdum illa clauſula liberorum quidem, ſed mandatorum: *cetera omnia ageret faceretq́ue, ut è rep. duceret.* Eſt & factum Fabii dictatoris in permutandis captivis, *dubium* habitum, *quia non expectata in eo Senatus auctoritas erat.* Quid, quod tribunus pl. *legem ſe laturum fuiſſe de abrogando dictatori imperio minatur, ſi antiquus animus plebi Romanæ eſſet?* Quid, quod juſſu populi per Senatusconſultum *æquatum eſt magiſtri equitum & dictatoris imperium?* Eodem nimirum ſpectabat Dictatori permiſſa poteſtas, quo *forma SCti ultimæ ſemper neceſſitatis habita, ut videant conſules aut magiſtratus,* ne quid reſpublica *detrimenti caperet.* Quæ poteſtas (explicante *Salluſtio*) *per ſenatum more Romano, magiſtratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coërcere omnibus modis ſocios atq́ue cives; domi militiaq́ue imperium atq́ue judicium ſummum habere. Aliter ſine populi juſſu, nulli earum rerum conſuli jus erat.* Sicut autem, quamvis major, quàm dictaturæ, & rarius longe, permiſſa magiſtratibus poteſtas, formam reip. non mutavit: ita nec dictatore creato, talis mutatio ſtatui debet. Sed nec *Decemviri ſcribendis legibus* mutarunt formam civitatis: niſi quod magiſtratum in tyrannidem vertere, & fiduciarium jus ut proprium vindicare poſtea aggreſſi ſunt. Quo tempore, quantum ad jus magiſtratus attinet, merito *privati* cenſebantur. Videtur quidem *Hiſtoricus* mutatione Reipublicæ hunc Magiſtratum metiri, quando inquit: *An-*

*Liv. 22. 11.*

*22. 23.*

*22. 25.*

*ibid.*

*Liv. 3. 4. & 6. 19.*

*Catil. 29.*

*Liv. 3. 39. & 41. & 49. & 51.*

*Liv. 3. 33.*

Digitized by Google

*Anno 302. quàm condita Roma erat; iterum mutatur forma civitatis, ab Coſſ. ad Decemviros, quemadmodum ab regibus ante ad Coſſ. venerat, translato imperio.* Sed de hoc loquendi genere alibi actum eſt: neque magis hic magiſtratus, certam ad rem, certum in tempus conſtitutus, ſtatum civitatis, ſi accurate hunc ſignamus, mutavit, quam *Tribunatus militum conſulari poteſtate.*

Mutationes circa locum, non efficere, ut ſit 3. Pol. 2. alia civitas, recte *Ariſtoteles* notavit; ſi recte explicetur. Poteſt fieri, ut civitas eadem contrahatur, aut amplificetur locis, aut disjungatur intervallis. Hiſpanica hodie eſt civitas, noſtro loquendi genere, quicquid diſtantibus longe lateque locis, Hiſpanici juris eſt. Quod autem civitas pluribus nationibus, urbibus, pagis conſtans locum tota ſuo auſpicio arbitrioque mutaverit, exemplis nunquam affirmatur. Niſi quantum potior pars interdum attenditur, & ſedes imperii pro tota civitate nominatur; ſicut Athenarum civitas in claſſe, non in tectis & ædificiis urbis, tempore Themiſtoclis, verſari dicebatur. Afferunt & Romani decreti formulam, qua licet promiſſum eſſet Carthaginienſibus, πόλιν αὐτόνομον ἔσεσθαι καὶ ἐλευθέραν, *ſui juris & liberam fore civitatem*, ut Libyc. eſt apud *Appianum*; Carthago tamen dirui poſtea juſſa eſt, ut alia ædificaretur loco à mari LXXX. ſtadiis remoto. Cumque fides promiſſorum exigeretur, obtendebant Romani, Carthaginem non in loco & muris, ſed in civi-

Digitized by Google

civibus eſſe. Καρχηδόνα γὰρ ὑμᾶς, οὐ τὸ ἔδαφος ἡγούμεθα, inquiebat Romanus. In qua re *Arniſæus*, inſultans Carthaginenſibus, quaſi non recte urbem à civitate diſtinxiſſent, incautiſſime abſolvit Romanos, quorum cavillationem merito incuſat Grotius. Sive enim ita egerunt, ſicut *Appianus* narravit, ſive *Diodori Siculi* narrationem ſequi placet, qui Romanos ait, in hac actione *nunquam* πόλιν τὴν Καρχηδόνα *nominaſſe, ac verbis expreſſiſſe, ſed ipſis* (Carthaginienſibus) *ſi obſides darent, promiſiſſe libertatem & cetera, eo quod humanitate formulæ duriora conſilia vellent abſtrudere*: ita certe cum Carthaginenſibus actum eſt, ut cum civitate & de civitate, non de urbe, actum cenſeri debeat. *Appian. Libyc.* *Relect. politic. lib. 1. c. 5. ſect. 2. §. 2.* *l. B. 2. 16. 15.* *Eclog. Legat. 27.*

De Urbe imperii ſede, multa ſunt, quæ de cetero dubitantur. Sicut autem tranſlata alio ſedes imperii non ſtatim mutat civitatem, ita non omen modo, ſed via hæc eſſe poteſt ad ulteriorem mutationem.

Hominibus mutatis non mutari civitatem, oſtendit Ariſtoteles exemplo fluminis, aquarum decurſu aſſiduo non mutati: quod, poſt alios illuſtrat *Jo. Gryphiander de Inſulis*. *Grotius* autem locum *Taciti* affert, ubi contra Athenienſes male ratiocinatus ſit Piſo, quaſi poſt tot clades extinctis veteribus civibus, & ſubſtituta colluvie nationum, non eſſent jam Athenienſes. Recte, ſi Athenienſes ſpectamus, ut civitatem non ſubditam Romanis, ſed ſociam. Sed ademto imperio, non idem dicendum erit, *c. 14. extr.* *l. B. 2. 9. 8.* *2. A. 55.*

 ſicut

I.B.2.9.9. ſicut ipſe *Grotius* oſtendit. At quod vulgo *Lucani* illud tantopere jactant,

*--- -- non ordo perdidit, unquam*
*Mutato ſua jura ſolo*;

parum huc pertinet. Confuſa enim tumultu civili republica, nec nomina, nec jura priſtina, id ſunt, quod eſſe debent. Haud ita proclive eſt oſtendere, id Senatum fuiſſe, quod hoc nomine præſcribebatur. Et, ſi fuiſſe, vinceretur, nondum probatum eſt, id rempublicam eſſe: quæ non Senatus, ſed ſenatus populiq; imperio conſtabat.

Incidit hîc quæſtio, de unitis civitatibus: an una civitas alteri unita, maneat eadem? Non
I.B.2.9.9. amitti jura, ſed communicari, dixit *Grotius*, & exemplo Sabinorum, & Albanorum uſus eſt.
Liv.4.3. Quæ rem non expediunt. *Accepit T. Tatium* Sabinorum Regem *in regni ſocietatem Romulus:* nempe, quando interventu mulierum uterque
Liv.1.13. populus *non pacem modo, ſed & civitatem unam ex duabus fecerunt, regnum conſociarunt, imperium omne contulerunt Romam.* Quæ verba *Livii* ſatis oſtendunt, Sabinos ita acceſſiſſe Romanis, ut una eſſet civitas, Romana ſcilicet: Sabinis in communionem juris Romani aſcitis, quod
lib.2. amplius *Dionyſius* exponit; & imperio duumvirali ad tempus inſtituto, manente nomine regio. Quinimo non per ambages *Hiſtoricus* oſtendit, rem ipſam & vera jura Sabinorum, in civitatem Romanam ceſſiſſe; inania quædam ſimulacra, de nomine Sabinorum uſurpata eſſe: *ita geminata urbe, ut Sabinis tamen*

*ali-*

Digitized by Google

*aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati.* Liv. 1. 13.
*Geminata urbs*, eſt acceſſione alterius populi amplificata; quo genere figuræ etiam Poëta:

> *Occiderat Tatius, populiſq́; æquata duobus,* Ovid. metam. 14. v. 805.
> *Romule, jura dabas.*

Non enim duo jam populi, ſed unus erat, additis Sabinis auctus. Expirante ergo temporario v. Bodin. de rep. 2. 21 duumviratu, morte Tatii, non creatus eſt ex numero Sabinorum alius collega, (ſicut fieri æquum erat, ſi manſura ſocietas imperii etiam in una civitate inſtituta eſſet,) ſed ab unius nutu omnia pendebant. Certum igitur mihi fuerit, hac conſociatione civitatem Sabinorum factam eſſe partem civitatis Romanæ, i. e. non manſiſſe civitatem, quicquid ſimulacri cauſſa obtenderetur: niſi quis velit, civitatem in civitate ſtatuere, quod eſt omni rationi adverſum.

In Albanorum caſu, etiam clarius res apparet, quando Tullus decrevit: *Populum omnem* Liv. 1. 28. *Albanum Romam traducere; civitatem dare plebi, primores in patres legere, unam urbem, unam rempublicam facere.* Facta decretis junguntur: *Roma creſcit Alba ruinis. Duplicatur* 1. 30. *civium numerus. Principes Albanorum in patres, ut ea quoq́; pars reip. creſceret,* Tullus *legit. & ut omnium ordinum viribus aliquid ex novo populo adjiceretur, equitum decem turmas ex Albanis legit. Legiones & veteres eodem ſupplemento explevit, & novas ſcripſit.* Omnis autem argumenti inſtar in eo eſt, quod Albani jam ante ſub imperio Romanorum erant, ex pactione Liv. 1. 24.



Digitized by Google

duelli: *ut cujuſcunq; populi cives eo certamine viciſſent, is alteri populo cum bona pace imperitaret*; quod *Livius* & uberius *Dionyſius* exequitur. Romani ergo, civitatem jam ſibi ſubditam, urbis primariæ excidio multabant, hominibus Romam translatis. Unionis & communionis dulcia vocabula, ſevero ſupplicio obtendi ſolent. Quod licet oratorum more *Florus* in animo haberet, non potuit non verum admiſcere: *Albam ipſam quamvis parentem, æmulam tamē diruit, cum prius omnes opes urbis, ipſumq; populum Romam tranſtuliſſet: prorſus ut conſanguinea civitas non periiſſe, ſed in corpus ſuum rediiſſe rurſus videretur.* Ejusdem generis delinimenta ſunt, quæ Romanus Cos. apud *Appianum*, de utilitate Albanis quæſitâ, diſſerit.

lib. 3.

lib. 1. c. 3.

in Libyc.

Sed, ut ad *unionis* uſitata hodie nomina redeamus, non eſt moris noſtri compilare ſcrinia aliorum, qui abunde ad materias Utriusq; Juris de ea re conſignaverunt. Quin potius tritam philoſophorum veſtigiis ſemitam ſecuti, breviter & partite adferemus, quibus hæc diſputatio nititur. *Uniri civitates diverſæ, ut maneat quæq;, quod fuit, non poſſunt, niſi per modum arctioris fœderis; quod imitatur quidem naturam civitatis, civitas tamen, ut accurate nunc vocabulo utimur, non eſt.* cujus rei celebria exempla Politici agnoſcunt in *concilio Amphictyonico*, & *Achæorum ſocietate*, quam & ob ſimilitudinem, & τὸ συμπολίτευμα, *Achæorum remp.* appellitant. In recentioribus Belgico-Germaniæ exemplum huc accommodat *Grotius*. Sed & hæc

Bodin. 1. de rep. 7. Polyb. lib. 2.

In Apologet. c. 1.

*Reſpu-*

Digitized by Google

*Reſpublica Belgica* dicitur ob ſimilitudinem. Quando enim cum hoc corpore agitur, ita agi ſolet, tanquam cum uno populo, & cum una civitate. Ita in *Induciis*, tanquam *cum libero populo*, Hiſpani pacti ſunt. Ne de infinitis exemplis dicam. Atque hoc ſolum ac unicum genus unionis eſt, quam vulgo deſcribunt, quod fiat ſalva cujusque rei natura & conditione. In reliquis generibus, favor ejusdem vocabuli quæritur: cum res ipſa diſcrepet, fiatque, *ut in dignioris acceſſionem veniat, quod minus dignum eſt*; & *pars unita majori, illius appendix fiat*, ut in aliis exemplis loquuntur. Arcanis aliquando politicis hoc continetur, ut diſſimuletur, aut diverſa ſpecie obducatur hoc negotium; ſicut *Unio Magnæ Britanniæ* hoc ſæculo oſtendit, ubi non ſine ratione augurabantur Angli apud Hiſtoricum: *novi regni inſtitutione, alterius antiquioris memoriam diſſolvi & extingui.* Sub uno jure erant, quæ ſub unum nomen redacta ſunt. Neq; quenquam hîc decipiat *priſtini moris, priſtini juris* mentio. Non enim ſemper, plenam αὐτονομίαν capere debes, cum hoc audis. Poteſt provincia aliqua, ſive pars civitatis, privilegia quædam habere; non tamen propterea minus agnoſcit imperium civitatis. Victoris inter artes eſt, de priſtino more eorum, quos vicit, nihil mutare: neque ideo victi ſtatim ſeorſum civitatem conſtituunt; aut manent prioris civitatis pars. *Relicta igitur fuerit aliqua civitas de cetero ſuis legibus, ſed agnoſcere tamẽ jubeatur imperium alterius civitatis*, jam

*Baud. induc. bell. Belg. lib. 3.*

*Thuan. lib. 131. pag. 1100.*

jam non manebit ipſa civitas, ſed erit pars ejus, cujus ſuprema poteſtate continetur. Fac etiam, *populum aliquem, qui civitatem per ſe conſtituebat, aſciri per unionem in aliam civitatem, quæ ex pluribus ordinibus, tanquam optimatibus conſtet, ut eodem jure ſit, quo ſint reliqui ordines, id eſt; particeps imperii*: tum ergo neq; ſeorſum eatenus civitas erit, neq; αὐτονομίαν veram habebit; ſed ut pars corporis cenſebitur: ſicut ſinguli optimates per ſe nihil juris publici habent, ſed vi collegii, perſonam civitatis referunt. *Quid, ſi etiam mixto in ſtatu, quæ ſeorſum fuit civitas, veniret in partem mixtionis, & quædam jura majeſtatis poſſideret?* neq; ſic aliter, quàm pars hujus mixtæ civitatis æſtimari poteſt. Mixta enim civitas, non niſi una civitas intelligitur. *Quando* autem *civitas, populus, regnum, ſui vere juris, ratione ſoli aut territorii, jus partis in alia civitate nanciſcitur*; id ſicut ſtatum civitatis ipſius ſeorſum exiſtentis non ſpectat; ita cum modis uniendi, quos hactenus attingimus, confundi non debet.

Tranſimus jam ad eas mutationes, *quibus efficitur, ut civitas non ſit eadem.* Quo etiam *coloniarum* aliquæ pertinent. Illæ quidem coloniæ, vel militares ob uſus, vel alias ob cauſas ita deductæ, ut maneant pars civitatis matris, ſive majoris patriæ, alterius generis ſunt. Sic Hiſpanorum, Anglorum, Belgarum, Gallorum coloniæ in Americanis inſulis, ditione ſuæ quæq; civitatis continentur. Sunt autem aliæ *coloniæ* (ſignificat enim vox, quamvis ex alia

civitate natam urbem vel civitatem) quæ ſeorſum civitatem conſtituunt, neque partes ſunt originis ſuæ. Sic olim, cum in *ver ſacrum* dimitteretur manus, factura non urbem modo, ſed civitatem ſingularem, quantum ad jura majoris patriæ attinet. Quemadmodum autem hi ſacri exules erant; ita aliorum exulum eadem fortuna eſſe potuit, & ſæpe fuit, ut novæ civitatis auctores exiſterent. Didonis fuga peperit Carthaginem. Et hæ quidem coloniæ αὐτόνομοι, ſicut ſeorſum civitatem conſtituebant, ita majorem patriam cultu quidem ac honore, & quadam quaſi in parentes pietate afficiebant, quæ γέρα diligenter colligit doctiſſimus *Henricus Valeſius*; imperium tamen majoris patriæ non agnoſcebant. Unde male ratiocinantem Metium, ab honore ad jus imperii, *quaſi æquum eſſet coloniam Romam civitati matri Albanis parere*; graviter coarguit Tullus; *quod nec jure, nec more hoc poſtuletur*; exemplisq; oſtendit, *nihil eſſe uſitatius, quam coloniam metropoli imperare*, apud *Dionyſium Halicarnaſſeum*. Illæ quoque coloniæ, quæ ex Trojani excidii cineribus paſſim ſunt diſſeminatæ, non partes Trojanæ civitatis, quæ interierat; neque translatio civitatis ejusdem fuerunt; ſed vel acceſſerunt, ut partes, aliis civitatibus: vel ex reliquiis illis Trojanorum civium, novo ortu novæ civitates extiterunt.

*Cl. Bernegger. ad Juſtin. 24.4, 1.*

*ad Excerpta Peireſc. p. 6. & 7.*

*lib. 3. Grot. l. B. 2. 9. 10.*

In hoc genere mutationum, quo efficitur, ut non eadem ſit civitas, duo incomparabilia exempla habet omnis ævi hiſtoria: divi-



Digitized by Google

*diviſionem Græci imperii poſt Alexandri mortem;* & *Romani Imperii ſolutum, ac in partes diſſilientem contextum.* Utrumque tetigit *Grotius*: & judicium de priori, ut arbitror, ſumſit ex *Bodino*. Verum eſt: ex una illa civitate, i. e. imperio Alexandri, extiterunt diverſæ civitates complures: ſed paulatim. Nam ab obitu Alexandri, quantum ad formam actorum publice attinet, manſit una civitas, Alexandri poteſtate in Aridæum, cui Philippo nomen indiderunt, tranſlata; cui mox natum ex Roxane filium adjunxerunt collegam. Hæc palam, & aperte. Ut diviſio illa imperii, Perdiccæ primum, ſubinde Antipatri arbitrio facta; non niſi præfectos & curatores provinciarum ſive partium unius civitatis, i. e. imperii quod Alexander tenuerat, deſtinaret. Sed, quantum ad arcana propoſita horum præfectorum attinet, veriſſime pronuntiavit *Curtius*, ipſos *ſpecie imperii alieni procurandi ſingulos ingentia invaſiſſe regna.* Id quod poſtea ſcilicet, & ex eventu patuit: opportunitate oblatâ ex imbellia & infirmitate Aridæi: qui ne modici quidem fati idoneus hæres, tanto imperio ſuſtinendo prorſus impar erat. De altero exemplo Romani imperii, ubi *Grotius* non videtur ſui nominis memor fuiſſe, præſtat hic ſilere, quàm paucis agere.

*l. 2. c. 9. 10. & 11.*
*4. de rep. 1.*
*Arrian. apud Photium cod. 92. ubi Andr. Schotti not.*
*lib. 10. c. 10.*

Mutationes quibus efficitur, ut civitas deſinat eſſe civitas, feliciter exequitur *Grotius*. Cumq; vi vel majore, vel humana illæ fere conſtent, non poteſt eſſe res obſcura, quæ ſe ipſa demonſtrat & oculis ingerit. Redeun-

*l. 2. c. 9. 4. & 5. & 6.*

Digitized by Google

Redeundum ergo eſt ad illam quæſtionem noſtram, *quando civitas egerit, non modo eadem, ſed ejuſdem forma ac ſtatus?* Occurrunt hîc acta à magiſtratibus, curatoribus, legatis, miniſtris civitatis. Cujus generis ſunt ſponſiones, ſicut in exemplo Caudinæ ſponſionis fuſe diſputatur apud *Livium*; & explicatur apud *Grotium*. *lib. 9. cap. 8. & ſeqq. l. B. 2. 15. 3. & 16.* Quin tamen ſeriis & gravibus argumentis, inania quædam acceſſerint, non negaverit, qui illud ludibrium conſiderat, cum *Poſtumius* deditus genu fecialis Romani magna vi perculit, inquiens, *ſe Samnitem civem eſſe, illum legatum, fecialem à ſe contra jus gentium violatum; eo juſtius bellum geſturos.* *Liv. 9. 10.* De qua περιεργία merito queritur Pontius Samnis, & increpat: *Ita dii credent, Samnitem civem Poſtumium non civem Romanum eſſe*, (fuiſſet ſane civis Samnis, ſi deditio accepta eſſet, non tamen inde conficeretur, quod ſequitur) *& à Samnite legatum Romanum violatum. Eo vobis juſtum in nos factum eſſe bellum. Hæc ludibria religionum non pudere, in lucem proferre, & vix pueris dignas ambages ſenes ac conſulares fallendæ fidei exquirere?* Sed de illis quidem, qui præter terminos mandati agunt aliquid, dictum eſt alibi. Nonnunquam autem de formula & ſignificatione mandati dubitatur. *Diſſert. de religione mandati.* De bello Julii Cæſaris in Arioviſtum, alibi egimus. Tractaturq; ſpecioſe hic locus apud *Dionem*: *lib. 39.* quanquam non tacet *Hiſtoricus* cupiditatem bellandi in Cæſare, & quæſitas ſtudioſius occaſiones. Quo rerum animorumq; habitu, iterum quæri ſolet: an actum à civitate haberi de-



Digitized by Google

debeat, cujus agendi poteſtatem acceperat quidem actor, ſed præpropere & animoſius exercuit? Quales errores, cum non poſſint in actionibus humanis ad liquidum redigi, aut minutatim demonſtrari; humanius videtur omitti diſputationem in ambages & tricas ituram.

*Excerpt. legat. 58.* Sine controverſia autem transgreſſus eſt mandata ſuæ civitatis Callicrates apud *Polybium* Achæorum legatus; imo mandatis contraria in Senatu Romano diſſeruit. Quod ut poſſet audere, contrariæ domi factiones efficiebant. Reliquorum interim legatorum ſilentium nullo modo excuſandum eſt: qui cum Callicratis proditionem minime probarent, non ſunt auſi tamen contra hiſcere. Quæ res monere poteſt civitates, in quibus præſertim non omnes eadem de republica ſentiunt, ut videant, quos ſuæ voluntatis interpretes legant, aut colligant. Achæis certe hoc initium mutatæ in deterius reipublicæ, *Hiſtoricus*, fuiſſe oſtendit. Romani enim, licet ſatis ſcirent, civitatis mentem longe aliam eſſe, quàm ex legato proditore audierant, hanc occaſionem ſuam eſſe rati, libertati Achæorum imminebant.

Servabimus ordinem quæſtionum per varias rerumpubl. formas. In Regnis, vere talibus, acta Regis ſunt acta civitatis, Etiam cum præter voluntatem Senatus aliquid fit. Pro ingenio & indole Regum (ſemper de vero regno loquimur, non de mixto ſtatu) major minorve ſolet eſſe Conciliorum & Senatus auctoritas.

Ea

Digitized by Google

Ea occaſio & materia diſputationis; quæ non alio in regno, majore libertate ac eloquentia mota ſæpius eſt, quàm in Gallia; ubi Curia jus admonendi Regis de edictis conditis, habet, quousque? an etiam in publicis negotiis reliquis? Senatoriæ auctoritatis patroni extendunt: Regis, ut Herculis, partes, non patiuntur ſibi clavam è manibus extorqueri; vincuntque; acta civitatis eſſe, quæ regi placuerunt, etiamſi curiæ diſpliceant. Diſputatum eſt acriter hac de re in Curia Pariſienſi anno hujus ſæculi viceſimo, Verduno Senatus Præſide, auctoritatem ordinis vindicante; Væræo Regiam majeſtatem in omnibus ſummam & irrefragabilem demonſtrante & evincente, ſicut uberius refert *Bartholomæus Gramondus*. Jus regium non ſegniter paſſim tuetur, qui *de miniſteriis Cardinalis Richelii* ſcripſit. *Permiſſam*, inquit, *à Regibus Senatui admonitionem, quotiens modeſte uſurpatur, nec ut proprium jus vindicatur, magnæ auctoritatis eſſe. Neq; tamen obligari Reges, ut ſententiam Senatus exquirant, aut eam omnino ſequantur. Licet enim alibi certis ſub legibus ſuſcipiatur regnum, aut ab ordinibus pendeat, Gallorum tamen Reges indefinita & libera poteſtate imperare.* Similia de Anglorum Regibus legas: quod licet maximam Senatus auctoritatem agnoverint, regio tamen juri intercedere eam noluerint; & prudentiæ quidem cauſſa ſæpius ad curiam retulerint, quæ ſui juris eſſe de cetero non dubitaverint. De Henrico VII, ſummatim *Baconus*: *Monetarum regimen, & belli ac pacis*

*lib. 5.*

*Hiſt. miniſter. Cardin. Rich. lib. 6. c. 5. adde lib. 8. cap. 28.*

*Hiſtor. Henr. VII.*

Digitized by Google

*pacis tractatus & conſilia, & rei militaris adminiſtrationem, (quæ omnino abſoluti juris ſunt) ſæpenumero ad Comitiorum regni deliberationes & ſuffragia referebat.* Neq; Eliſabetha dubitavit ſubinde Curiam, modeſtiæ admonere, & reverentiam juris Regii ordinibus commendare, imo plenis comitiis denunciare; *caverent Principis patientiam lædere.* Cujus generis ſententiæ male accommodantur adulantium artificio iis Principibus, qui adſtrictam lege & partitam cum Ordinibus poteſtatem obtinent: ut paulo poſt dicetur.

*Camden. part. 1. an. 1566.*

Quid? ſi in regno accurate ſic dicto Sejanus aliquis, Principem ſuis præſtigiis huc illuc agitat, & indebitam privato arbitrio poteſtatem ſibi vindicat. An quæ egit, Regis, id eſt, civitatis acta videbuntur? Dicet ſententiam contra, Rex, ut primum ſomno excuſſus, alienorum peccatorum pudorem non feret. Et dicet regie: ut omnes intelligant, non impune attrectari jura uni debita, cui Deus dedit. Recte monuit *Antonius Perezius Ducem Lerma: Cum S. Joannes ad pedes Angeli cujusdam, illum adoraturus, abjicere ſe vellet, Angelus interceſſit his verbis: cave feceris; conſervus enim tuus ſum. Sibi dictum hoc putet Aulicus, & quanto demiſſiore cultu adorari ſe à gentibus videt, tanto magis illos ſibi nocituros honores repellat, & non magis alios, quam ſe Principis miniſtrum eſſe cogitet. Moderetur itaq; fortunæ ſuæ, dicatq;: vide ne feceris; etenim conſervus tuus ſum.* ---- --- Tandem enim in Principe *ſubſilit & excitatur naturalis ille*

*in Epiſtol. ad ipſ.*

Digitized by Google

*ille Zelus, affectus amore multo potentior, qui æqualem ferre nequit, ſed omnes ſcire vult, quanta inter Dominum & ſervum ſit differentia.* Fit hoc, ubi intra tyrannidis facinora, ſola ambitione peccatum eſt. Quid, ſi Regii nominis obtentu miniſter tyrannus graſſetur? *Dura neceſſitas hominibus liberis, qua tyranno parere coguntur ſub bono Principe*, inquit ille, qui perſuadet Regi, ut publica uſurpantem, ultimo ſupplicio privatæ ſortis admoneat. Quod cum factum eſſet, *placuit in mortuum lege agi, quo traducta ad poſteros viri memoria, qualis vixerat, amoveret ſuſpicionem injuſtæ cædis: tyrannidis uſurpatæ, amotæ pecuniæ publicæ, populi oppreſſi poſtulatio in ipſum inſtituitur, actore Advocato fiſci.* *Gramond. lib. 2. hiſt. de Ancrao.*

In *Ariſtocratia*, conſideraturis diligentius hanc quæſtionem, opus eſt ad diverſa hujus reipublicæ genera attendere. Eſt enim Ariſtocratia alia ſimplicior, & uno collegio, nec nominibus, nec jure diſtincto comprehenſa: alia autem pluribus collegiis diſtinguitur, lateque diffunditur. In utroque genere, non tam arbitria hominum, quàm leges valere debent, ut valeat publica civitatis auctoritas. Sed in priori genere, ut minus periculi, ita rarior in hac quæſtione dubitatio. Niſi quis eadem in oculis habeat, quæ modo de regno dicta ſunt. Nam ſi in Ariſtocratia fiat, ut ceteri ejuſdem juris participes: paucis aliquibus concedant, eorumque de ſententia omnia decerni, agique patiantur, plerumq; bona cum pace & gratia res tranſigitur, ſicut exemplis *Livianis* conſtat: neque *l. VI. c. 6. &* diſpu- *l. III. c. 70.*

diſputatur de auctoritate reipublicæ. Si autem obliquas per artes, & ceteris ægre ferentibus, pauci aliqui omnia ad ſe trahant; tum, ſi mature auctoritas legum opponatur, facile impediri poteſt, ne res in oligarchian degeneret. At ubi Ariſtocratica vis collegiis laxius diſtributa eſt, non minimi momenti dubitationes, & niſi præcidantur, contentiones de republica oriri poſſunt. Finge; *Collegio cuidam, i.e. certo numero de optimatibus commiſſam eſſe adminiſtrationem ſolennem & ſtatam magni, & ad rempubl. ſpectantis negotii: ſed nomine & jure omnis optimatium ordinis exercendam. Illud collegium autem, paulatim proprio nomine, & ut ſui juris negotium id tractare.* Poteſt enim fieri, ut ab initio ſatis clara res ſit, adeoque formulis ſcripturæ, quas ſolicitudo & cautio futuri gignit, non perſcribatur: progreſſu autem temporis non æque in obvia luce conſtituatur. Parata jam erit quæſtio: an, quia non cautum eſt diſertis literarum verbis, rerum ptimordia non ſatis argumenti habeant? tum inprimis (ut ad auctoritatem publice actorum revertamur) an non reliquo ordini optimatium, cujus nomine anguſtior numerus tractandum accepit negotium, jus faſque ſit intercedere, agendi modum definire, ſententiam ſuam interponere? an commiſſum quidem, ſed ordinarium, ſolenne, hæreditarium munus omnem cenſuram & examen & participationem reſpuat? an ipſa committendi ratio, auctoritatem committentium integram æternamque præſtet? Finge am-

amplius: *Collegia quædam, dignitatis & conditionis ſua ratione diſtincta, pari jure ad certum negotium concurrere: prærogativam autem ordinis & loci liberalius de prærogativa juris explicari: aut par jus, ad diſparem exercendi rationem ablegari.* Quæſtiones, inquam, poſſunt hic oriri, quarum exempla nemo lubenter diſceptat.

In *Democratia* validam, de auctoritate publice actorum & agendorum, quæſtionem movet *Lyſias*, quando ad Athenienſes mirabundus inquit: ὑμῶν δὲ ἄξιον θαυμάζειν, ὅτι Orat. 24.
ἡγεῖσθε μὲν δημοκρατίαν εἶναι, γίγνεται δ' ὅ τι ἂν περὶ τοῦ δή-
οὗτοι βούλωνται. *Merito vos miretur aliquis, quod* μου κατα-
*putatis Democratiam ſive populare imperium eſ-* λύσεως.
*ſe, & fit tamen quodcunque iſti volunt.* Demagogos intelligit: quos & graphice deſcribit: ſicut & *Demoſthenes* & *Iſocrates* paſſim. Sed quotiens populus evigilat, & ſe deceptum intelligit, exitium ſibi hi tales inveniunt. Id quod evenire etiam ſolet in magiſtratuum actis, præter legum præſcripta, & mentem populi actis. Sed, quæ alias hîc dubitantur, ex iis, quæ dicta ſunt, & dicenda, dijudicari poterunt.

Crebrior enim diſputatio eſt *in mixto ſtatu reipublicæ*, quid civitas egerit. Non eſt alibi plus opportunitatis ambitioſis & novis conſiliis. Prima fraudis in hoc genere origo, ex ipſa deſcriptione mixti ſtatus: quotiens à *mixtura*, *temperamentum* non diſtinguitur. Illa enim vox unice ad formam civitatis; hæc ad modum adminiſtrandi, haud raro à forma nonnihil diſcrepantem, referenda eſt, ſi accurate

veli-

Digitized by Google

velimus loqui. Non, quaſi non permutari illas contingat; ſed quod philoſophari volentibus omnis confuſio vitanda eſt. Notum eſt, non dari fere hodie Democratias, niſi Ariſtocraticæ, non mixtas (aliud enim id eſt) ſed temperatas, qualem Athenis omni ope conſilioque optabat *Iſocrates*, adeo, ut non aliud ſibi in republica negotium potius dari arbitraretur. Si temperamentum iſtud Ariſtocraticum, de mixtura interpretaberis, jam data eſt via quæſtioni, de qua agitur. Sub *temperamentis, ſimulacra* etiam continentur. Quæ pro veris rerum momentis, & pro jure reipublicæ venditare, inter artes politicas, variis de cauſſis, adhibetur. *Contareni* calamo ita deſcribitur, ex propoſito quodam ſecreto, Venetorum reſpublica, quaſi ex Monarchia, Ariſtocratia, Democratia mixtus eſſet ſtatus, cum nihil aliud quàm Ariſtocratia ſit: neq; ex aliis formis quicquam trahat præter temperamenta & ſimulacra.

*de rep. Venet.*

Sicut autem ex temperatione ad rationem agendi pertinente, facere mixturam, quæ participatione jurium majeſtatis definitur, multis ſolenne eſt: ita mixturam pro temperamento interpretatur vel ignorantia philoſophiæ civilis, vel adulatio, & ſua cuique utilitas. Præſertim in *ſtatu ex Monarchia & Ariſtocratia mixto.* Ibi enim principem, quotiens primus eſſe debet, ſolum volunt aſpectare, qui aulam patriæ, domum reipublicæ præferunt. Hi civitatis & reipublicæ nomine præſcribere, plerisque imperii conſortibus ignorantibus, aut

contra-

contradicentibus geſta: ex conſortibus imperii, conſiliarios; ex imperantibus, magiſtratus; ex domeſticis, peregrina; ex novis, vetera, artificio pluſquam Colchico ſolent.

Ceterum in hac quæſtione tractanda prorſus ferri non poſſunt, illa *Arniſæi: Ubi diſtinguit inter contractus, qui ineuntur a ſola majeſtate; & qui ineuntur ab omnibus civibus.* Nihil enim certius apud Philoſophos hac ſententia: quicquid majeſtas agit, ſive, quicquid habentes majeſtatem agunt, id à civitate, atq; adeo ab omnibus civibus actum cenſeri debet. Neq; quicquam abſurdius dici poteſt, quàm ſummam poteſtatem civitatis, civitati opponere. In quemcunq; enim vel quoscunque, civitas ſummam poteſtatem contulit, ille vel illi referunt perſonam civitatis. Si ergo omnium civium poteſtas ſuperior erit majeſtate; duo ſumma in eodem ordine ſtatues; & uni corpori duo capita impones, id eſt, monſtrum facies. Fruſtra excipit *Arniſæus: neque enim majeſtas ubiq; repræſentat totam rempublicam: inprimis in rebuspubl. corruptis.* Vaga hæc ſunt & nullo ſcientiæ fundo concepta. Niſi enim argutari velis in vocabulo majeſtatis, ſumma poteſtas ubique eſt unica cauſſa actorum à civitate aut agendorum. ſicut autem civitas, etiam iniqua agens, non ſtatim deſinit eſſe civitas: ita ubi ſumma poteſtate abutuntur, qui ea præditi ſunt, non ſtatim ſolutus intelligitur ille ordo quo civitas eſt civitas. Quod *Ariſtoteles* ſæpe inculcat. Et exemplò Democratiæ vitioſæ oſtendit. Quod ſi conſideraſſet *Arniſæus*, non ſubjeciſſet priori-

*Relect. polit. lib. 1. c. 5. ſect. 4. §. 4. &c.*



Digitized by Google

bus iſta: *in omni enim prolapſa republica agitur contra bonum totius civitatis; & proinde contractus nequeunt toti reipublicæ imputari; ſed manent penes eos, qui in fraudem reipublicæ contraxerunt*: Abunde enim hæc profligantur exemplo Ariſtotelico Democratiæ vitioſæ. In qua ſi tota multitudo contra bonum ſuæ civitatis egit, penes quos manebit culpa male actorum, à civitate ſcilicet, ut vult Arniſæus, removenda? Illud quoq; poſtea crude adjicitur: *Quin & ipſo jure nulla ſunt, quæ contra utilitatem publicam contracta ſunt, ſive ab injuſto reipublicæ poſſeſſore contrahantur, ſive à juſto.* Latet fraus in præſcriptione *utilitatis publicæ*: quæ nec in una rep. uno modo æſtimatur: adeoq; non niſi expreſſis exemplis intelligitur. Dicent aliqui, utilitatem publicam eſſe, quæ omnium omnino civium commoda ſpectat. Atqui ſunt civitates, nec ſtatim tyrannidis damnandæ, ubi omnia præcipue ad unius commodum referuntur. Quid oppones illius contractibus, qui civitatem in patrimonio habet, etiamſi cives nō exiſtiment ad ſuam utilitatem iſtos pertinere? Sed hæc hactenus.

Qui interim à civitate agenda, ſibi vindicant, illi profanas rebus ſacris manus admovent, id eſt, ut clarius dicam, læſæ majeſtatis rei ſunt. Apud *M. Senecam* annotatur: *Is lædit populi Romani majeſtatem, qui aliquid publico nomine facit: tanquam ſi legatus falſa mandata affert, ſic audiuntur tanquam populus Romanus illa dederit. Imperator fœdus percuſſit, videtur populus Rom. percuſſiſſe, & continetur inito fœdere.* Et præ-

*lib 4. controverſ. 2.*

Digitized by Google

præceſſerat quod repetitur *in excerptis: In eo quod ſub prætextu publicæ majeſtatis agitur, quicquid peccatur, majeſtatis actione vindicandũ eſt.* *lib. 9. declam. 2.* De *fœdere* ſic accipe, ut à ſponſione diſtinguas: nempe, ſi Imperator, cum non niſi ſpondere poſſet, fœderis faciendi poteſtatem, quaſi à civitate ſibi permiſſam, vindicaſſet, ac civitatem ignaram invitamque obligare voluiſſet. Accurate enim omnia hîc capienda ſunt; neq; illuc deſcendendum (quod ap. *Senec.* diſputatur) ut, quicquid magiſtratus obtentu publici officii, peccat, hoc crimine cenſendum ſit. Si enim ita accipiat illa verba; *in eo, quod ſub prætextu p. m. agitur*, explicatione opus habebunt.

Annotatum eſt antea, civitatem, quæ æs alienum contraxerit, cum libera eſſet, non ſolvi debito, ſi in formam provinciæ redigatur, & fiat pars alterius civitatis. *pag. 692. & ſeq.* Verum hoc eſſe putamus, etiamſi bello facta ſit hæc mutatio: cum hac tamen exceptione, niſi hoſtibus victoris debeatur ea pecunia. Jus enim belli non modo in bona & corpora hoſtium, ſed etiam in jura eorum porrigitur. Si autem debeatur nonhoſtibus; tum victor, ſi laudem juſtitiæ amat, non debet intercedere juri, quod natura dictat. niſi quod, neceſſarias ob cauſſas differri tempus ſolutionis poſſe, fatendum eſt. Quid? ſi hoſtibus tuis alii debent pecuniam: poteriſne debitoribus hoc nomen remittere? Manente bello, fruſtra & ſine effectu hoc tentaveris. Sed ſubacta civitate creditrice, & firmata poſſeſſione, ſi hoc feceris, jam de tuo liberalis eſſe poteris. Videatur *Grotii* demonſtratio. *l. B. 3 8. 4.*

De

De civitatibus iniqua agentibus, aut ex iniquorum cœtu conflatis, etiam recte putamus *Grotium* definiviſſe. Ubi etiam de corruptis civitatibus aliquid annotatur. In quibus haud facile eſt pronuntiare, niſi poſtquam corruptiſſima reſpublica, ad alium aut meliorem ſtatum emerſerit. Figuras quoq; non oportet accipere, ut proprie dicta. Quid uſitatius, quàm magnam aliquam corruptionem, aut converſionem, ut everſionem & deſtructionem exaggerare? κακοπολιτείαν pro ἀναρχίᾳ interpretari? concuſſionem pro interitu? Quæ in hac quæſtione probe diſcernenda ſunt. Qui πονηρόπολιν Philippi Macedonis adferunt, cum de civitate deſcribenda agitur, non ſatis attendunt, quid dicant. Non fuit illa civitas, ut hîc accipitur; ſed in magna civitate, loco ſepoſito, quædam quaſi cuſtodia, continendis ſeorſum, qui cives ceteros inquinaturi erant ſuo convictu. Sicut ex *Theopompo Suidas* tradit.

*1. B. 3. 3. 2. & 3.*

*Arniſæo Relect. polit. lib. 2. c. 1. ſect. 2. & 16.*

*Voce πονηροπ.*

Apud *Juſtinum* cum Cyrus ademtum Medis imperium in Perſas intulit, *civitates, quæ Medorum tributariæ fuerant, mutato imperio, etiam conditionem ſuam mutatam arbitrantes, à Cyro defecerunt.* An recte exiſtimaverint, conditionem ſuam mutatam, non poſſe recte dijudicari hodie, cenſet *Grotius*, quando non extent conventionis verba. *Spectandum enim, an in conventione Medorum fidem elegiſſent.*

*1. 7. 2.*

*1. B. 2. 16. 16.*

In fine hujus diſſertationis, nobile exemplum diſputationis *de eo quod civitas egit* commendamus lectori, in hiſtoria Camilli, obſeſſo Capitolio electi, apud *Livium libro quinto.*

Digitized by Google

DIS-

# DISSERTATIO II.

## *DE*

## MENSURA PRETII,

### *Ad H. Grotii lib. 2. c. 12. §. 14.*

AD ſocietatem civilem colendam, quam ipſa natura hominibus commendat, non parum facit indigentia mutui auxilii, quo diverſarum rerum, actionum, operarum commercio atque communicatione obtineatur id, quod ad vitam felicem omnium & ſingulorum ſufficere videtur. Quotiens autem diverſi generis res commercio quodam permutari debent, comparatione & exæquatione earum opus eſt, ne alter plus habeat, alter minus: quod à juſtitia, virtute vere civili, & ſocietati tuendæ deſtinata, alienum eſt. Quomodo iſta exæquatio fieri debeat, non perfunctorie diſputat Ariſtoteles in Nicomachicis, *lib. 5. cap. 5.* & ſummam in id confert; ut natura quidem & re vera, indigentia ſit illa menſura, quæ res diverſiſſimas comparat æquatque; in locum autem indigentiæ ex inſtituto ſuccedat nummus, *στοιχεῖον καὶ πέρας τῆς ἀλλαγῆς*, ut alibi vocatur, elementum & terminus ſive inſtrumentum commutationis rerum. Verba ſunt: *δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι ---- ---- τοῦτο δ' ἐστὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡ χρεία ἣ πάντα συνέχει. εἰ γὰρ μηθὲν δέοιντο, ἢ μὴ ὁμοίως, ἢ οὐκ ἔσται ἀλλαγὴ, ἢ οὐχ ἡ αὐτή. οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην. Oportet igitur unum quid eſſe,*

 *quo*

*quo omnia* (quæ commutantur inter ſe) *metiamur. Id autem revera quidem eſt indigentia, quæ cuncta continet. Niſi enim indigerent aliqui, aut non pariter, vel nihil mutaretur contraheretur-ve, vel non eodem modo. In vicem autem indigentia ad res commutandas ſucceſſit nummus ex inſtituto.* Contextum philoſophiæ Ariſtotelicæ eleganter exhibet in iis quæ præceſſere, *Michaël Epheſius:* ἡ κοινωνία ἐστὶ διότι ἀλλάσσομεν· ἀλλάσσομεν δὲ διὰ τὴν ἰσότητα. ἴσα δὲ γίνεται, διὰ τὴν συμμετρίαν. συμμετρία δὲ διὰ τὸ νόμισμα. ὥστε μὴ ὄντος νομίσματος συμμετρία οὐκ ἔσται. συμμετρίας δὲ μὴ οὔσης, οὐδ' ἀλλαγή. τῆς δ' ἀλλαγῆς οἰχομένης, οἴχεται καὶ ἡ κοινωνία. *Communitas inde eſt, quod contrahimus res & commutamus. Commutamus autem propter æqualitatem. Æqualia fiunt per convenientiam, ſive eandẽ menſuram. Convenientia eſt per nummum. Nummo enim ſublato, non erit convenientia ejusdem menſuræ, ſive comparatio ad eandem menſuram. Sublata tali convenientia, non contrahetur commutatio. Sublata commutatione, intercidit communicatio ſive communio.* Quod ait, *ſublato nummo, non fore aliquam rationem reperiendæ æqualitatis*, ita accipi debet, ut abſque nummo interdum difficulter eam reperiri dicamus. Ante nummum inventum, non fuit nulla ratio reperiendæ æqualitatis, ſed interdum difficilior, in permutandis rebus. Cetera jam melius & clarius *Andronicus Rhodius* exequitur: ἡ μὲν οὖν χρεία φύσει καὶ ἀληθείᾳ μέτρον ἐστὶ τῶν πραγμάτων· αὕτη γὰρ πάντας εἰς ἓν συνάγει. νόμῳ δὲ καὶ κατὰ συνθήκην τὸ νόμισμα. *Indigentia ergo natura & revera*

*men-*

Digitized by Google

*menſura eſt rerum; illa enim omnes ad communionem adducit, ſive in unum omnes cogit: ex inſtituto autem, nummus.* Qui ſcilicet eſt ὑπάλλαγμα τῆς χρείας ſive in locum indigentiæ ſuccedit. διὰ τούτων. τούτων τῶν μέτρων γνωσθείσης ἑκάστου τῆς ἀξίας τῶν ἔργων, ἀλλαγὴ ἰσόρροπος ἔσται καὶ κατὰ τὸ ἀνάλογον. *Cognita ergò per has menſuras uniuscujusque rei pretio, commutatio proportione & æqualitatis momento fieri poterit.* Ex quibus apparet, aliter indigentiam, aliter nummum ad res metiendas adhiberi: & indigentiam quidem naturaliter non modo ad contrahendum impellere, ſed aliquando etiam pretium ipſum metiri ſive definire; nummum vero, accurate loquendo, non definire pretium, ſed eſſe pretium: neq; adeo tam menſuram rerum commutandarum quàm inſtrumentum commutationis ex conſtituto præſtare. Propoſitis enim exemplis Ariſtotelicis reperiendæ æqualitatis rerum interveniente nummo, ſemper adhuc quærendum erit, unde & quomodò æſtimatio rerum taxatioq; debeat fieri, ut menſura pretii definiatur.

Pretium in hac quæſtione nobis eſt non pecunia tantum, ſed in permutatione etiam rerum, is à quo contractus incipit, ſive quî pro ſua re aliquid ſibi dari poſtulat, alteri eam, ut pretium pro re invicem accipienda tradere intelligitur. Neque minus emtio habenda eſt, quæ ita contrahitur. Recte enim *Plinius* in laudanda permutationis conſuetudine, Homeri auctoritate uſus, *Ita enim*, inquit, *ut opinor, commercia victus gratia inventa: alios coriis boum, alios, ferro captiviſq; rebus emtitaſſe tradit.* *hiſt. nat. 33. 1.*

Quid? quod accidere tot poſt inventum nummum ſæculis potuit, ut penuria pecuniæ ad permutandi conſuetudinem rediretur. Id quod de Flandris annotavit in Annalibus ejus gentis *Meierus*. Sive igitur pretium nummo conſtet, ſive re alia, quæ datur pro iis quibus indigemus, ſive partim nummo, partim re alia: requirendum utique erit, ſi æqualitatem, ipſam commutationis animam, amamus, quis debeat eſſe pretii modus, ſive ad quam oporteat menſuram exigi, quanti unaquæque res valeat. Sic Homerus, *æſtimationes rerum ita fecit, ut centum boum arma aurea permutaſſe Glaucum diceret cum Diomedis armis novem boum.* Ut verbis *Plinii* dicamus. Et cum res geritur pecunia, quantum nummorum peti darive æquum ſit pro re, quam velis comparare, prima & maxima diſceptatio eſt. Hæc erit nobis *Menſura pretii.*

*ad ann. Chr. 958. l. 2. Annal. Flandr.*

*l. d.*

In qua reperienda minus difficultatis & dubitationis proponeretur, ſi Lex omnibus rebus pretium ſtatuere ſemper poſſet. Sed quoniam ingens eſt varietas rerum temporumq;, neque uno diu modo ſingula æſtimari poſſunt, majori viſa eſt indigere libertate commutatio rerum, permiſſumque, ut contrahentes ipſi rei ſuæ legem dicere poſſent, tum in quantum vellent alienare nollentve, tum ne alio quam vellent pretio alienarent. Cum præſertim in ipſo dominio rerum naturaliter hæc libertas ineſſet: exercenda tamen in vita ſociali, quatenus juſtitiæ ſocietatem continentis, & communis

uti-

utilitatis civilis, ad quam ſocietas in partibus tendit, rationes ferunt. Et quamquam libertas alienantium temperari videbatur æqua libertate ementium ſive alterius partis contrahentium, quæ non magis cogeretur ſcilicet majori quàm vellet pretio ſibi rem comparare, quàm alii, minore quàm vellent diſtrahere: indigentia tamen & neceſſitas ſæpe emtori, ut in celebriore exemplo maneamus, extorquere potuit, ut iniquæ venditoris voluntati conſentiret, dum pudoris & juſtitiæ, ubi metus abeſt, poſtrema fere apud vulgus ratio habetur. Quo fit, ut ad ſummæ poteſtatis civilis officium in hoc negotio redeatur: quæ inæqualitatem, fori peſtem, vinculis legem coërcet, magiſtratuum auctoritate moderatur, judiciis emendat. Ita conſtituuntur leges, quæ & certas ob cauſſas & neceſſario tempore cogunt vendere nolentes, & rebus vendendis certa definiunt pretia. Sed & magiſtratus creantur foro rerum venalium præfuturi: adduntur & curatores, quibus eadem cura, non eadem poteſtas; ut Ariſtoteles diligenter diſtinguit. Qui & ἀγορανόμον deſcribit ἀρχὴν ἐφορῶσαν περί τε τὰ συμβόλαια καὶ τὴν εὐκοσμίαν, *magiſtratum qui videat ne quid iniqui circa contractus & commercia rerum, tum ne quid indecori circa bonos mores fiat.* *Suida* ἀγορανόμοι ſunt οἱ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες ἄρχοντες *magiſtratus, qui res in foro venales adminiſtrant. Scholiaſtes Ariſtophanis,* λογιστὰς eosdem vocari ait, quod interpretatur Franciſcus Portus; *qui res venales æſtimant, &* pre-

5. Polit. 8. adde 4. 15.

in Acharn. p. 29.

*pretium earum ſtatuunt, & ideo æſtimatores appellantur, ut ratiocinatores, quod rerum rationes ineant.* Quamquam aliud genus λογιστῶν ſive
*v. λογισταί.* εὐθυνῶν Athenis fuit, de quibus *Suidas* ex *Dinarcho* & *Andocide*. Agoranomos autem omnibus rebus venalibus præpoſitos, excepto fru-
*orat. 21.* mento quod σιτοφύλακες curabant, *Lyſias* docet.
*contra frumentar.* *Heſychio* ἀγορανόμος eſt δικαστὴς, ὁ ἐν τῇ ἀγορᾷ νέμων τὸ δίκαιον. *Plautus* agoranomos cum Ædilium munere comparat in illis:

*Captiv. act. 4. Sc. 2. v. 43.* --- -- *edictiones ædilitias hic habet quidem:*
*Mirumque adeo eſt, ni hunc fecere ſibi Ætoli agoranomum.*

Non tantum igitur per magiſtratus ordinarios obviam itur fraudibus, ſed læſi etiam extra ordinem officio & arbitrio judicis ſublevantur. Si ſummatim dicendum eſt, pretii menſura inquiritur, & æſtimatis rebus in commutatione æqualitas definito pretio ſtatuitur vel à contrahentibus, vel à ſumma civili poteſtate. Contrahentes vel ſuo arbitrio conſenſuque rem conficiunt; vel arbitrio alieno æſtimationem delegant, ſtaturi eo, niſi à viri boni æquitate plurimum receſſerit. Summa poteſtas vel lege definit rerum pretia; vel per magiſtratus & curatores æqualitatem in contractibus conſtituit; vel judicio, quod deerratum eſt, corrigit. Neq; aliud dicunt, qui aliter partiuntur.

Quicquid autem in hoc genere vel juſtitiæ ſtudio vel prudentiæ ope, publice privatimque laboratur, eo potiſſimum fine ſtat, ut vera pretium juſtum menſura metiantur, qui rerum com-

Digitized by Google

commutationi conſultum volunt. Quænam illa ſit, quæritur. Sententia Ariſtotelis, quam ante tetigimus, *indigentiam* nobis forte commonſtraret, hoc ſenſu: *Quo magis aliqua re indigemus, eo majus ei pretium ſtatuere debemus.* Sive, ut clarius & rectius dicamus: Quo quis magis re aliqua indiget aut indigere ſe putat, eo liberalius metitur pretium ejus rei, eo majore judicat pretio ſibi eam rem comparandam. Creſcit ergo & decreſcit pretium pro majore aut minore indigentia. Sed *indigentia* hæc recte explicanda eſt. Non enim idem eſt, quod utilitas maxima aut neceſſaria in vita communi. Exemplis agendum eſt. Frumentis quidem vita communis indiget, ut vix ulla re magis. At nondum hæc eſt indigentia quæ pretium in ubere proventu attollit: ſed tum demum, quando penuria frumenti illis aut illi, pro rerum præſentium ſtatu, reddit rem arduam; eisque perſuadet, ut pro pauco frumento multam pecuniam reddant, id eſt pecuniam in tali comparatione in vilioribus habeant; quam alio tempore, cum non eadem premit indigentia, pretioſius æſtimarent, & minore modo contra frumentum, exæquarent. Quod ſubtiliter expoſuit *Michaël Epheſius.* Poteſt accidere in bello, & extra bellum, ut ad perficienda cœpta opus habeas aliqua merce, quam velis comparare ab eo, qui nec abundat ea, & tua pecunia tantopere non eget, ut carere nequeat. certe major illa indigentia tua coget te deſcendere ad conditiones venditoris, modumq;
pre-

Digitized by Google

pretii ex modo neceſſitatis definiet. Extremæ neceſſitatis exempla, quæ noſtra vidit ætas, non attingam: in quibus non inhumanum minus fuit accipere quædam, quàm miſerum offerre. Sunt interim multi neceſſitatis gradus, qui ad pariendam naturaliter querelam iniquæ æſtimationis non valent.

De *indigentia* neſcio an idem voluerint dicere, idem certe non dixerunt, qui fundamentum pretii maxime naturale poſuerunt, *utilitatem rei & neceſſitatem*, ſive aptitudinem ad exhibendum uſum aliquem in vita communi. Utilitas enim ſive uſus rei neceſſarius citra illam adjunctionem, de qua dixi, non eſt indigentia Ariſtotelica. Unde etiam ſi iſta ſumas, ut afferuntur, nihil minus verum eſt. Quicquid enim eſt, quo vita carere non poteſt, frumenta, vina, vellera, veſtes, juvenci, ſal, ferrum, non majore veneunt pretio, ob uſum quem habent maximum atque neceſſarium, ſed viliore pretio, quàm eorum pleraq; quæ minorem uſum præſtant, comparantur. Imo ad ſingularia Divinæ Providentiæ humanis neceſſitatibus proſpicientis munera hoc referendum eſt, quod pretio non magno, res omnium utiliſſimæ & maxime neceſſariæ parantur. *Auguſtinus* quidem poſuit illum *pro ſuo cujusque uſu æſtimationis modum*: Sed ad menſuram pretii reperiendam parum dixit. Quando inutilia cum utilibus comparavit, mures cum pane, pulices cum nummis; & quæſtionem mutavit, in conferendis equi & ſervi, gemmæ & famulæ

*de C. D. 11. 16.*

pre-

Digitized by Google

pretiis, quæ non utilitatis ratione, quam oſtendere decreverat, ſed ex alia cauſſa diſcrepant. Nihil enim hic quæritur ſimpliciter, ſed comparate. Non eſt tamen nulla utilitatis æſtimatio in faciendo pretio. Pone duas domos in agro paribus exædificatas ſumtibus, & cetera vix inæquales, niſi quod una adverſus impetum & incurſiones munita, altera contra vim parum tuta ſit. Non dubitem, quin utilitas munitæ majus pretium mereri videatur apud emptorem non imperitum. Ita redituum modus, id eſt, utilitas bonorum, ædificiorum, prædiorum, notam pretii conſtituit, ſive metitur pretium: ut quo majores ſunt reditus, eo pluris eſſe credatur, quod æſtimationi ſubjicitur. Quod & Imperatores in ſubhaſtatione decreverunt. Nam etſi ea quæ plus ſumtuum quàm fructuum habent, aliter æſtimationem ſubeant, nemo tamen negaverit, redituum modum in pretio prædiorum metiendo rationem maxime naturalem ſuppeditare, reliqua plerumque opinionibus regi. Sed frequentius accidit, ut nequeamus dicere: hæc res utilior eſt, ergo etiam majore pretio venditur. Quare *Seneca*, objicienti, *Quædam pluris ſunt quàm veneunt*, reſpondet: *etiamſi pluris iſta ſunt, non tamen ullum iſtic tuum munus eſt, ut non ex uſu effectuve, ſed ex conſuetudine & annona æſtimetur.*

*l ſi quos, 16. C. de reſcind. vend.*

*de benefic. 6, 15.*

Monet hic ipſe locus *Seneca*, ut de *natura* quoque *rei* cujusque aliquid dicamus. Nam & hæc videatur merito & jure, definiendo pretio adhiberi. *Plinius* certe auro pretium ex naturali no-

*Hiſt. nat. lib. 31, c, 3.*

Digitized by Google

nobilitate petit, *quia rerum uni nil igne deperit, tuto etiam in incendiis rogisq́; durante materia, quinimo quo ſæpius arſit, proficit ad bonitatem*; deinde *quàm minimum uſu deteritur, cum argento, ære, plumbo linea producantur, manusq́; ſordeſcant decidua materia*: tertio, *nec aliud laxius dilatatur aut numeroſius dividitur, utpote cujus uncia in ſeptingenas & quinquagenas pluresque bracteas, quaternum utrobiq; digitorum ſpargantur*: quarto, *non rubigo ulla, non ærugo, nõ aliud ex ipſo quod conſumat bonitatem minuatve pondus*: quinta pretii majoris cauſſa eſt, *contra ſalis & aceti ſuccos, domitores rerum, conſtantia*: ſexto, *netur & texitur lanæ modo, & ſine lana*. Quæ omnia ſunt ex naturali bonitate petita pretia. Quæ quo eſt perfectior, eo etiam pretioſius cenſetur aurum, ſicut ex probatione ad obruſſam, & ex auro fiſcali in maſſis obryzæ inferendo apparet. Neq; aliud magis ſpectaſſe videntur, qui proportionem auri ad argentum primo quæſiverunt. *In ære* quoque *naturalis nobilitas* ab ea diſtinguitur, *quæ artificio conſtat*. Et in metallis plura hujus generis occurrunt. In univerſum tamen æſtimantibus vere dixiſſe videbitur *Seneca*: *res plerumque venire non ſuo, ſed emtoris pretio*.

*Gronov. de Seſtert. lib. 4. c. 14.*

*Plin. 34. 3.*

*6. de benef.*

Et quamquam *Feldenus*, *indigentiam* unicam eſſe menſuram pretii in commutandis rebus ſtatuat, neque incommode explicet, quando definit indigentiam, quod ſit neceſſitas quædam obtinendi medii, quod abeſt, ad conſequendum finem; ad quem alii recte judicantes

de

Digitized by Google

de bono, alii ſpeciem boni pro re amplectentes contendunt: vix tamen à communi & magis uſitata loquendi conſuetudine recedendum putaverim, quo minus Grotium audiamus, qui non unicam hanc menſuram ſtatuit, ſed plura, quæ ab æſtimantibus rei pretium ſpectantur, enumerat. *de I. B. 2. 12. 14.*

Præcipuum in iis haud dubie eſt *communis opinio & conſuetudo*, de rei pretio. Quam & jura civilia in dubio ſequi jubent: prout temporibus & locis variat. Quoniam enim communi quaſi judicio multitudinis iſta probantur, nemo juſtam conquerendi cauſſam habet in eo, quod omnibus aut plerisque videtur ſaltem ad tempus & cum aliqua latitudine placuiſſe. *Plinius* multarum rerum uſitata & certa pretia paſſim conſignavit, memorabili tamen cautione adjecta *fine libri* XXXIII: *Pretia rerum, quæ uſquam poſuimus, non ignoramus alia in aliis locis eſſe, & omnibus pæne annis mutari, prout navigationes conſtiterint, aut ut quisq; mercatus ſit, aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet: non obliti, Demetrium à tota ſeplaſia Neronis Principatu accuſatum apud conſules; poni tamen neceſſarium fuit, quæ plerumq; erant Romæ, ut exprimeretur autoritas rerũ.* Eſt autem tanta in ipſa conſuetudine definiendi pretia varietas, ut *prodigio ſimile* in malobathro, & oleo inde expreſſo referat idem *Plinius à ſingulis ad trecentas libras, oleum in* 60. *libras perveniſſe.* *l. 62. & 63. ad L. Falc. l. 33. ad l. Aquil. l. 3. §. 3. de act. empt. l. 8. C. de reſc. vend.* *lib. 12. c. 26.*

Variandi autem pretii, ſive varie æſtimandi plures ſolent eſſe cauſæ, nunc juſtæ prorſum & ne-

Digitized by Google

neceſſariæ, nunc probabiles: eſt &, ubi iniquæ, parum probabiles, fictæ. Juſtiſſima cauſſa eſt ex *negotiationis ratione, pluribus paucioribusve impendiis conſtantis.* Qui enim in re importanda plus damni fecit aut ſumtuum, haud immerito carius vendere poterit, quàm ubi minore impenſa rem geri contigerit. Poteſt imo evenire, ut præmiis ultro invitandi ſint, qui iſtas difficultates ſuperare velint. Hinc Claudius, Princeps parum ſane ſapiens, ſed alieno, & temporis

*Sueton. Claud. 18.* præſertim ingenio eruditus, *negotiationibus certa lucra propoſuit ſuſcepto in ſe damno, ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet; & naves mercaturæ cauſſa fabricantibus magna commoda conſtituit.* Sumtibus proxima ſunt *pericula, diſcrimina, labores,* augendo pretio. Quæ æſtimatio vix unquam equidem in civili commercio ad liquidum deducitur. *Quod tu pretium ponis,* in-

*de benefic. 6. 15.* quit *Seneca, trajicienti maria, & per medios fluctus, cum è terra conſpectu receſſit, certam ſecanti viam, & proſpicienti futuras tempeſtates, & ſecuris omnibus jubenti ſubito vela ſtringi, armamenta demitti, paratos ad incurſum procellæ, & repentinum impetum ſtare? huic tamen tantæ rei præmium vectura* (naulum) *perſolvit.* Adde plura hujus generis, quæ ſequuntur. Habĕt iſta in tantum rationem, in quantum, uſum: ſi ſint res, quibus carere vita hominum commode nequit. Sed quis huc comparet luxurioſorum judicia?

*Plin. hiſt. nat. 9. 34. Id. 9. 35.* quando *ex tota rerum natura damnoſiſſimum mare eſt, tot modis, tot menſis, tot piſcium ſaporibus; quibus pretia capientium periculo fiunt.* Sed

parum

*parum eſt, niſi qui veſcimur periculis, etiam veſtiamur: adeo per totum corpus, anima hominis quæſita maxime placent.* Luxurioſi, ut cœpi dicere, primam labem contraxerunt, tanti eas res taxando, quibus abſtineri poterat. Nec mirum eſt, pauperes & diurno victu intentos accepiſſe conditionem primo neceſſitatis depellendæ; ſubinde quæſtu invaleſcente, & ipſos, quo majore periculo viderentur parare magno vendenda, fabulis confictis & *commentis auxiſſe rerum pretia.* Plin. hiſt. nat. 12. 19.

In *frumento æſtimato*, proponit exemplum *Cicero Verrina tertia*, quatenus ex difficultate vecturæ pretium intendi frumento poſſit & debeat. *Licebat magiſtratibus* in provinciis ex S. C. & legibus *in uſus ſuos* (in cellam) *frumentum accipere ſi vellent, aut pro frumento pretium: quæ æſtimatio dicebatur: in qua re avariſſimi quique infinitam pecuniam contrahebant, iniquum pretium ſociis imperando.* Quæ *Aſconii Pediani* verba ſunt. Utebantur tamen prætextu quodam & artificio, ne exitu & ratione defenſionis avaritia careret. *Inſtituerunt*, ut habet Cicero, *ſemper ad ultima ac difficilima loca ad portandũ frumentum imperare, ut vecturæ difficultate, ad quam vellent æſtimationem pervenirent.* Ita ſi cui frumentum Philomelio Epheſum fuiſſet portandum, *Video, quid inter annonam intereſſe ſoleat: video quot dierum via ſit: video Philomelienſibus expedire, quanti Epheſi ſit frumentum tantum dare potius in Phrygia, quàm Epheſum portare, aut ad emendum frumentũ Epheſum pecunias &*

cap. 81. &c.

c. 82.

c. 83.


Digitized by Google

*legatos mittere.* Hinc etiam pretium unius rei in diverſis provinciæ locis intenditur & remittitur, prout facilius, aut ægrius colitur ager, facilius aut difficilius adferuntur res venales, inſtruitur forum. Quæ res ipſa ad quæſtum æſtimationis opportuna fuit magiſtratibus, ibi frumentum accipere æſtimatum volentibus, ubi erat cariſſimum. Valere iſta ratio poterat *in Aſia*, ut oſtendit amplius Cicero, *in Hiſpania, in iis provinciis, in quibus unum pretium frumento eſſe non ſolet.* At in Sicilia, pari ad comparandum & portandum laboris & operis facultate; nulla hujus æſtimationis ratio iniri, nullus coauctionis modus excogitari poterat.

Plurimum poteſt etiam in augendo minuendoque pretio, ſive in metiendo pretio, *copia & inopia rerum.* Quod exemplo frugum & annonæ oſtendit *Plinius.* Et *Cicero*, *copiam frumenti, & annonæ vilitatem*, ut eodem pertinentia velut ἐπεξηγητικῶς conjungit. Hinc conſilia eorum, qui rempublicam adminiſtrant, ut magna copia inferantur, aut venum exponantur, forum denique omni abundantia rerum ad vitam utilium exuberet. Quibus plurimum adverſantur cupiditates privatorum in monopolia intentæ, quæ efficiunt, ut pretia haud raro intendantur, etiamſi nulla rerum inopia ſubſit: quando ſcilicet

*omnes compacto rem agunt, quaſi in velabro olearii.*

Quorum improbitatem leges propterea coërcere debent.

*lib. 18. c. 3.*

*orat. pro dom. c. 7.*

Pecu-

*Pecunia* quoque *copia aut penuria* plurimum valet in commutandis rerum pretiis. Ubi enim pecuniæ multum eſt, ibi pleraque carius venire videmus. In penuria pecuniæ, pretia rerum neceſſitas imminuit. Quamquam, ſi cum Michaële Epheſio velimus loqui, aut æſtimationem aliter facere, abundantia pecuniæ vilius ejus pretium facit, penuria carius. Neq; minus videtur dare, qui in penuria pecuniæ, dimidium pendit, quàm qui in copia ejusdem, totum. Id quod accipiendum eſt de copia & penuria pecuniæ in univerſum in aliqua civitate, non de ſingulorum hominum copia aut inopia. Scilicet, quamquam pecunia, non tam facile ut res aliæ, quæ æſtimantur, mutationem ſubeat, ideoque ut inſtrumentum commutationis placuerit: fit tamen interdum, ut pro copia aut raritate aliter atque aliter æſtimetur. Ad *Grotij* locum, ubi hoc notatur, *Graſvvinckelius* non vane monet, magnam pecuniæ factam commutationem, ex quo ſuperiore ſæculo rex Hiſpaniarum ex Americanis inſulis tantum auri argentiq; invexerit. Adeo, ut abundante per Europam Aſiamq; pecunia, pondus ejus non ſimplici portione auctum ſit. *Creſcente*, inquit amplius, *pecunia in quantitate, decrevit in pretio. Hinc eſt, quod pretia rerũ aucta ſunt, & per totam Europam quater tanti emantur, quanti prius*: quadruplo creverint pretia. *Itaq; illud indubium eſt, pretium pecuniæ imminui, ſi ex fodinis plus auri & argenti hauriatur.* Niſi quod lege publica pretium pecuniæ à mu- I. B. 2. 12, 17.

 tatione

tatione crebra vindicari poteſt & ſolet. Illud interim manet; quod in publica copia pecuniæ homines carius fere emunt, in penuria, minuunt rebus pretium: ibi non ſentientes, propter copiam; hic ægre ſe expedientes ob penuriam.

Multum etiam poteſt ad augendum pretium, *raritas rei:* quam ab inopia ſeu paucitate & indigentia diſtinguimus: ut rarum ſit, quod vel nemo alius, vel pauci habent, quomodo argumentum præſtantiæ *Ariſtoteles* inde petit *Rhetoricorum primo*, & *Interpres Anonymus* exemplo τῦ λίθυ τῦ πολυτιμήτυ gemmæ ſingulariter pretioſæ oſtendit. Sic Cleopatra *gerebat auribus cum maxime ſingulare illud, & vere naturæ unicum opus*, duos uniones, quorum alterum aceto diſſolvit, alter diſſectus Veneri in Pantheo dicatus eſt, teſte *Plinio*. Inæſtimabilis illi quidem pretii cenſebantur ob raritatem. Et adhuc hodie margaritarii, in unionibus magnæ taxationis, ſciunt, quantum valeat, quod rariſſime reperitur. Requiri poſſunt quædam hujus generis, ab *Anſelmo Boot*, *in libr. de gemmis & lapidibus*. Principum φιλοκάλων iſtud ſtudium, inter viſenda monſtrare res *raritate notabiles*. Quanti taxaretur ab illis numus Othonis æreus (nam aurei reperiuntur) ſi poſſet undecunq; erui? id quod deſperarunt pridem peritiores, illosque, qui circumferuntur, pro genuinis non habendos ſciverunt. Apud *Plinium* legimus, corrupta moneta, artem denarii probandi inductam effeciſſe, ut ad raritatem redacto illo genere, *falſi denarii ſpectaretur* exem-

*hiſt. nat. lib. 9. c. 35.*

*Sueton. Aug. 72.*

*V. Chifflet. de Othonibus areis.*

*lib. 33. c. 9.*

*exemplar, pluribusque veris denariis, adulterinus emeretur.*

Raritati propinqua eſt, & aliquando congruit *Ars. Quondam æs confuſum auro argentóq; miſcebatur: & tamen ars pretioſior erat.* inquit *Plinius.* Et: *Alibi ars, alibi materia eſt in pretio.* Ut *validius* ſcilicet materia eſſet *manupretium.* Apud *Poëtam, divini opus Alcimedontis* celebratur: & *Plinius* nomina artificum ſæpe ut argumentum pretii aut pretioſi operis memorat: interdum & indicaturas addit. Nota & hodie res illis, qui ſigna & tabulas pictas aliave opera emunt venduntque. In ipſa æſtimatione artis facienda, primam & præcipuam rationem haberi par eſt *perfectionis atque abſolutionis*, quæ ex profectu operum gradatim in majus evectorum intelligitur. Sicut Paraſij exemplo oſtendit *Plinius.* Atque hujus perfectionis ipſa indicia & lineamenta in pretio ſunt, *quod in* iis *ipſa cogitationes artificum ſpectantur*, & *manus cum id agerent extincta, deſiderantur.* Accedit quod *tempore & cura* opus eſt, in artificioſis operibus elaborandis: & quod gnari artis ingentem inde voluptatem capiunt; denique quod fama & honor quidam in eos, qui opera inſignia artificum amant ac poſſident, redundat.

*lib. 34. c. 2. lib. 33. c. 1. lib. 33. c. 11. Eclog. 3. & l. 33. c. 12. & l. 34. c. 7. & 8. & de pictoribus plaſtuque lib. 35. c. 8. uſq; ad 13. de aliis 36. 5. & 37. 1.*

*35. 10.*

*Id. 35. 11.*

Nam hæc *opinio de rebus eximiis decori & gloria futuris habenti*, aliquod etiam pretium facit augetve rebus. In quo genere enumerat *Ariſtoteles τὰ περιττὰ, qua ad ſplendorem quendam pertinent:* id eſt, ſecundum *Interpretem Anonymum*

*1. Rhetor.*



Digitized by Google

*mum* κομψὰ καὶ ποικίλα ἔργα, *opera ſingularis elegantiæ & varietatis: ſicut opus aliquod ex auro argentove, magnitudine & pulcritudine præclarum; aut coloribus quidem pictum ſed exactiſſima & inſuperabili arte, qualia antiquorum quædam pictorum memorantur; aut domus magna & multo ſplendore adornata.* τιμὴ γὰρ τὰ τοιαῦτα τῶν ἐχόντων. *hæc enim, habentibus honori ſunt.*

*Cupiditas* porro *rem habendi*, augere pretium ſive efficere poteſt, ut carius ematur vendaturque. Quo fit, ut nimis inhiantes mercibus emtores, male ſere emere cogantur. Annæum Senecam, magnum illud inter Philoſophos lib. 14. c. 4. nomen, refert *Plinius, tanto prædii cujusdam amore captum, ut non puderet inviſo alias & oſtentaturo tradere palmam eam* (in melius ſcilicet evecti prædii) *emtis magno pretio vineis.* Gell. lib. 12. Huc referri debet, ſi non habens animum vendendi, emtoris cupiditati, cum conditione amplioris pretii obſequitur. Competitorum in primis concertatio cupiditatem faciet manifeſtiorem, & pretii intendendi occaſionem venditori ſubminiſtrabit. Qua de re *Ciceronis* dictum celebratur, qui ajebat: *prudentis & cauti patrisfamilias eſſe, quod emere velit, emturum ſeſe negare, propter competitores emtionis.* Conſuetudo licitandi adverſus alterum, ad fraudes etiam 3. Offic. 15. deducta eſt. De quibus *Ciceronis* illud *in Officiis. Non licitatorem venditor, nec qui contra ſe lice-* ad. de Cicer. Verr. 3, 42. *atur, emptor opponet.* Cujus generis multa hodie in auctionibus accidere ſolent. Ex diverſo, ſi quis urgetur vendere ſua, decedet cupiditas



Digitized by Google

emptori: adeo, ut gratificari videatur, ſi bene emit. Optare equidem fas eſt in hoc genere emtores Scævolas, ex *Cicerone*. *Q*. enim *Scævola P. filius, cum poſtulaſſet, ut ſibi fundus, cujus emptor erat, ſemel indicaretur, idque venditor ita feciſſet, dixit, ſe pluris æſtimare: addidit centum millia*. Sed ut id fiat, cum aliquis debito, aut ſumtibus neceſſariis urgentibus ſua diſtrahit, ex moribus ſæculi nulla ſpes eſt. 3. offic. 15.

*Temporis* non ſimplex habetur ratio in æſtimandis rebus: non tantum, prout variat pretia, ſicut ante dictum eſt; unde in æſtimando pretio juſto, tempus contractus attendi ſolet: ſed etiam, prout tempore res fit melior aut deterior. Quod fieri poteſt vel nulla accedente ope humana, ſicut vina quædam meliora fiunt ætate, quædam non diu placere poſſunt, quæ ob id *minoris fama*, *Plinius* refert: vel induſtria hominum proficiente pretio. Sicut *eodem auctore* diſcimus, opera & cultura Acilii Stheneli vineas notæ vilitatis, *intra octavum annum ad vix credibile miraculum perductas, ut* CCCC *nummum addicerentur pendente vindemia*. Inprimis autem in repræſentata aut dilata ſolutione, tempus eo valet, ut minus ſolviſſe videatur, qui tardius; plus qui citius ſolvit pretium. Certe melius plerumque emit, qui præſente pecunia, quàm qui in diem emit. Quare & in addictione in diem, *ſolutio maturior*, non minus conditionis melioris æſtimationem ſubit, quàm ſi pretio ſit aliquid additum: & ſi dies longior ſolvendi pretii data fuerit, quæri ſolet, quan-

*l. 3. §. 3. de act. emt. l. 8. C. de reſc. vend. lib. 14. c. 7. 14. 4. l 8. §. 6. de in di. add. lib. 15. §. 1. eod. l. 13. §. 20. de act. emt.*

quantum ex uſura ejus temporis capi potuerit, nec iniquæ exiſtimantur uſuræ pretii. Quæ omnia naturali æquitati conſentanea, etiam juris civilis conditoribus placuerunt. *Lex Wiſigothorum: ſi emtor ad placitum tempus non exhibuerit pretij reliquam portionem, pro pretii parte quam debet, ſolvat uſuras: niſi hoc forte convenerit, ut res emta venditori debeat reformari.*

*lib. 5. tit. 4. l. 5.*

*Caſus fortuiti* augere pretia non raro ſolent. Erant merces in curſu: venit tempeſtas, caſtigavit claſſem naufragio: aut in terra intercepit miles prædator. Augentur rerum pretia ſubita commutatione commerciorum. Cinnami *dimidia parte auctum pretium* memorat *Plinius, incenſis ſilvis*, forte an ira aliorum, incertum. Aromatum pretia etiam hodie per eaſdem fortunæ vices; diminuentis augentisve, jactantur. Vide quæ *Jo. de Laet* de exhauſta unionum captura in inſulis Cubagua & Coche narrat. Quæ vel tempori vel copiæ inopiæve deputantur.

*l. 12. c. 19.*

*lib. 18. c. 2. Ind. Occid.*

Concurrunt ex iis, quæ diximus, interdum aliqua, ut indigentia ementis & mercis rara copia. *In neceſſitate ſiquidem penuriæ, pretii nulla contentio eſt: dum patitur quis induci, ne poſſit aliena tarditate compelli. Caſſiod. lib. 9. epiſt. 5.* *M. Seneca* ponit hoc exemplum: *Non poſſum domum habere niſi hanc emero. Hanc occaſionem videt venditor & premit.* Neq; ſine ratione ſpecioſa, quæ ſubjicitur: *an aliter invenire non poteras? ergo tibi plus præſtiti.* Nimirum *quanti quan-*

*Controv. IV. 26.*

*quanti bene emitur quod neceſſe eſt*, ut ait *Cicero*. *Ep. ad Attic. XII. 33.* Hic ſcilicet modus pretii eſt in voluntate venditoris eximia quadam ratione: ſicut in monopoliis quoque apparet. *Jus Cinnami*, inquit *lib. 12. c. 19.* *Plinius, à Gebanitarum rege ſolo proficiſcitur. Is edicto mercatu vendit.* Ad quem modum lignum *Braſilianum, quod maxima copia infertur Europæ, Regis Luſitaniæ* quondam *eſſe ſolebat, aut eorũ qui à rege redimebant*: memorante *Jo. de Laet.* *Ind. Occid. l. 15. c. 24.*

Sed *heu prodigioſa ingenia, quot modis auximus pretia rerum?* Omnia ſcilicet, *ingenioſa contra ſe luxuria redegit ad pretium. Adeo nil poteſt illi placere, niſi carum.* Comminiſcitur ſemper aliquid, & præter rationem ſolers eſt. *Menſam, latifundii taxatione* æſtimat: pluris facit *unius arboris reditũ annuum, quàm erat apud antiquos prædiorum.* Quid rationem dico? *juvat ludere impendio, & luſus geminare* varie. Nondum ſatis dicit, qui illudere rebus pretiisque luxuriam dicit. Ad monſtra proficit & prodigia. *C. Cæſar, ut centies ſeſtertio cœnaret uno die, omnium adjutus eſt ingenio.* Neq; ingenioſis illis luxuriæ magiſtris *pretioſos* faciebat *cibos eximius ſapor & aliqua faucium dulcedo, ſed raritas & difficultas parandi.* En *exquiſita ingenia cœnarum!* quæ tibi *Latinus Pacatus* amplius deſcribet. Quid enim per hiſtorias luxuriæ non Principalis modo, ſed privatorum in victu, in veſte, in omni cultu, incedendo, chartæ illudemus? Legibus adverſus luxuriam, non jurgio contendendum eſt.

*Plin. 33. proœm.* *Sen. quæſt. nat. lib. 4. c. 13.* *Plin. 13. 15.* *Id. 17. 1.* *Id. 9. 40.* *Sen. conſol. ad Helv. c. 9.* *Ibid.* *Plin. panegyr. 49.* *panegyr. Theodoſ. c. 14.*

Enumeravimus hactenus, quæ & quomodo æſtimandis rebus adhiberi non ſine ratione poſſunt ſolentve. Sed quàm pronum ſit, menſuram pretii cavillari, eadem opera declaratum eſt. *Auguſt. de C.D.XI.16.* Cum præſertim *in tali libertate judicandi plurimum diſtet ratio conſiderantis à neceſſitate indigentis, ſeu voluptate cupientis; cum iſta quod per ſeipſum in rerum gradibus pendat, neceſſitas autem quid propter quid expetat cogitet; & iſta quid verum luci mentis appareat, voluptas vero quid jucundum corporis ſenſibus blandiatur, exquirat.* Quomodo autem ad æqualitatis rationes revocanda ſint omnia & exigenda, mox conſtabit, cum de diſcrimine æqui iniquique pretii, & bonæ fidei in pretio metiendo præſidiis plura adferentur.

Locum autem de vero juſto æquoque, & iniquo pretio non parum impeditum facit libertas illa contrahentium, quæ & naturaliter *l. 71. D. de contrah. emt.* videtur iis competere, in quantum reipublicæ ratio patitur, ut ſupra dictum eſt, & lege plerumque tribuitur. *de benef. VI. 15.* *Quid intereſt*, inquit *Seneca*, *quanti ſint, cum de pretio inter ementem & vendentem convenerit? Deinde non veniit illud ſuo pretio, ſed tuo. Pluris eſt, inquis, quàm veniit. Sed pluris venire non potuit: pretium autem cujusque rei pro tempore eſt. Cum bene iſta laudaveris, tanti ſunt, quanto pluris venire non poſſunt. Præterea nihil venditori debet qui bene emit.* Interea utriusque & venditoris & emtoris votum eſt unum, lucrari: quod iterum *Seneca* *de benef. VI. 38.* oſten-

oſtendit. Et Imperatores emtionis atque venditionis hanc eſſe conditionem dicunt, ut *emtor viliore comparandi, venditor cariore diſtrahendi votum gerentes, ad hunc contractum accedant, vixq; poſt multas contentiones, paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emtore autem huic quod obtulerat addente, ad certum conſentiant pretium.* In voto lucrandi facile poteſt ineſſe vitium. Verum eſt enim illud *P. Syri:* *l. 8. C. de reſc. vend.*

*Lucrum ſine damno alterius fieri non poteſt.*

Qua de re grave extat judicium *Syracidæ:* Ἀνὰ μέσον ἁρμῶν λιθίνων παγήσεται πάσσαλος, καὶ ἀνὰ μέσον πράσεως καὶ ἀγορασμοῦ συντριβήσεται ἁμαρτία. *cap. 27. v. 2.* Juſtum ergo verumque pretium rei eſt, quod pro tempore locoque vulgo uſitatum & cum ratione receptum habetur, aut ex rei æſtimandæ conditione vel eventu peculiari, viri boni ac prudentis judicio e. g. Principis aut magiſtratus aut arbitri, definitur, ita ut neutra pars plus minusve habere, quoad ejus fieri poteſt, videatur. Iniquum vero pretium dixeris, quod majore minoreve menſura, quam conditio rei, loci, temporis poſtulat, taxatur, & eo tendit, ut alter plus æquo alter minus habeat. In qua re dijudicanda aliter Philoſophi, aliter Jureconſulti incedunt, quod jam olim Cicero monuit: (3. *offic.* 17. *Sed aliter leges aliter Philoſophi tollunt aſtutias: leges, quatenus manu tenere res poſſunt; philoſophi quatenus ratione & intelligentia*) ſive aliter naturalis

æqui-

Digitized by Google

æquitas, aliter leges hujus aut illius civitatis, decernunt. Naturalis æquitas, quæ conſcientiam Deo per ſe obligare idonea eſt, venditorem & emtorem ſive partes contrahentes una lege tenet, ne alter plus, quàm juſti pretii ratio poſcit, accipere, alter minus dare velit: &, ſi in alterutram partem manifeſto peccatum eſt, læſo promiſcue, id eſt, emtori non minus quàm venditori ſuccurrit. Quod munus ſummæ poteſtati, etiamſi aliter lex civilis ſtatuiſſet, ſemper integrum ac illibatum ſervatur. Legum civilium conditoribus maxima rei difficultas facile perſuaſit, ut ad evitandum litium multitudinem, ne *calumnia in infinitum excederet*, ut *Seneca* loquitur, cum præſertim animorum ſecreta in contrahentibus perſpici nequeant, ſalva interim, ut ſemper, ſummi judicis ope extraordinaria, non quamvis inæqualitatem, ſed enormem læſionem, *ſi nec dimidia pars veri pretii ſoluta eſſet*, corrigerent. Quod non minus ad emtorem ſublevandum, quàm ad venditorem, pertinere (quamvis in contrarium diſſerat *Cujacius*) humanius eſt credere. Certe apud *M. Senecam* loco ſupra laudato emtor petit ſublevari non venditor. Sed hæc ex ſequentibus clariora fient.

*l. 2 C. de reſc. vend. Obſerv. XVI. 18. & XXIII. 13. Perez. ad l. d. §. 7.*

Quomodo pretii æquitas, & iniquitas intelligi debeat ac inveſtigari, rationem & viam indicavimus. Nunc quomodo iniquitas obſcura deprehendi, ac deprehenſa corrigi poſſit debeatve, oſtendendum eſt, ſi prius de emtionibus



nibus venditionibus fiſci ſive ærarii, id eſt ſummæ poteſtatis civilis, aliquid annotaverimus: ſubjecturi deinde nonnihil de pretio extra emtionem venditionem in aliis contractibus ſpectato; deque ipſa pecunia.

Emtio, & venditio, nomine civitatis facta, multum favoris habet, ob neceſſitatem erogationum publicarum, & ſubſidiorum reipublicæ parandorum, quibus nulla quæſtuum ratio, niſi aperta vi aut fraude, aut dedecore conſtet, deneganda videtur. L. Metellus ex adminiſtratione Sicilienſi Romam ſcribit apud Ciceronem in III. Verrina: *ſumma vi data eſt opera, ut quamplurimo decumas venderem.* Oſtenditque amplius Cicero, *vendidiſſe alios magno decumas agri Leontini, ceterorumque agrorum;* Verremque coarguit, vane gloriantem, *magno ſe decumas vendidiſſe, plebi Romanæ conſuluiſſe, annonæ proſpexiſſe*, cum tamen *pluris aliquanto potuiſſet vendere, ſi voluiſſet bis addicere, qui contra Apronium* prædarum ſocium *licerentur, & licentia decumanorum decimas aratoribus nullas reliquas fecerit.* Sed Metelli quidem venditio lege Hieronica facta erat, in qua, ut apparet, gradus conſtituti erant intendendi pretii: intra modum tamen, cui ratio æquitatis non videretur adverſari. De cetero non eſt infrequens, ut publico civitatis nomine, veluti monopolio quodam, res aliqua vendatur, ad eamque emendam cives teneantur, majore pretio, quàm ab aliis aliunde emi poſſet. Habet & hoc rationes graves & publicas. A quibus plurimum diſcre-

*cap. 5.* *cap. 6.* *cap. 6.*

Digitized by Google

nibus venditionibus fiſci ſive ærarii, id eſt ſummæ poteſtatis civilis, aliquid annotaverimus: ſubjecturi deinde nonnihil de pretio extra emtionem venditionem in aliis contractibus ſpectato; deque ipſa pecunia.

Emtio, & venditio, nomine civitatis facta, multum favoris habet, ob neceſſitatem erogationum publicarum, & ſubſidiorum reipublicæ parandorum, quibus nulla quæſtuum ratio, niſi aperta vi aut fraude, aut dedecore conſtet, deneganda videtur. L. Metellus ex adminiſtratione Sicilienſi Romam ſcribit apud Ciceronem in III. Verrina: *ſumma vi data eſt opera à me, ut quamplurimo decumas venderem.* Oſtenditque amplius Cicero, *vendidiſſe alios magno decumas agri Leontini, ceterorumque agrorum*; Verremque coarguit, vane gloriantem, *magno ſe decumas vendidiſſe, plebi Romanæ conſuluiſſe, annonæ proſpexiſſe*, cum tamen *pluris aliquanto potuiſſet vendere, ſi voluiſſet his addicere, qui contra Apronium* prædarum ſocium *licerentur*, & *licentia decumanorum decimas aratoribus nullas reliquas fecerit.* Sed Metelli quidem venditio lege Hieronica facta erat, in qua, ut apparet, gradus conſtituti erant intendendi pretii: intra modum tamen, cui ratio æquitatis non videretur adverſari. De cetero non eſt infrequens, ut publico civitatis nomine, veluti monopolio quodam, res aliqua vendatur, ad eamque emendam cives teneantur, majore pretio, quàm ab aliis aliunde emi poſſet. Habet & hoc rationes graves & publicas. A quibus plurimum

*cap. 51.*

*cap. 63.*

*cap. 64.*

discre-

discrepant auctiones tyrannicæ Caligulæ apud Suetonium. Nec Veſpaſianus citra avaritiæ infamiam *negotiationes vel privato pudendas propalam exercuit, coëmendo quædam, tantum ut pluris poſtea diſtraheret: nec candidatis honores, reisve tam innoxiis quam nocentibus abſolutiones venditare cunctatus eſt.*

Sueton. Calig. 38. & 39. Id. Veſp. 16.

Jam quando ſumma poteſtas per magiſtratus aut curatores alios vendit bona privatorum, quæ ob penſitationes publicas ſemper fiſco tacite cenſentur obligata, laudanda maxime eſt Gordiani, & aliorum Imperatorum æquitas, qui rebus debitoris minus juſto aut nimis exiguo pretio, interveniente emtoris fraude aut gratia, venditis, reſcindi hujuſmodi venditionem, & domino res ſuas vindicanti reſtitui juſſerunt, ubi fiſco ſatisfecerit. Sed quæ legum diligentia fraudibus in hoc negotio verſantibus, ſatis obviam iverit? Contendendum eſt tamen ad id, quod æquiſſimum eſt, quantum fieri poteſt. Etiam, ubi ob mulctam ſolvendam, & titulo pœnali res privatorum diſtrahuntur. Videndus eſt *Lyſias* in Epilogo actionis de publicatione bonorum Niciæ fratris, ubi etiam illa querela τὰ πολλῦ ἄξια ὄντα ὀλίγου πεπρᾶσθαι *ea quæ magni pretii erant, parvo vendi.*

l. 16. C. de reſc. vend. Et l. 3. C. libro X. de jure fiſci.

orat. 17.

Et in corrigenda quidem inæqualitate contractus, judicia & conſuetudines fori, dolum tantum attendunt. Sicut ex ante dictis intelligi poteſt. In *Decreto Ivonis* legas: *Cum inter ementem atque vendentem fuerit res definito pretio comparata, quamvis plus valeat, quàm ad præſens venditur, hoc tantummodo requirendum eſt, ſi nihil fraudis vel violentiæ egit ille qui comparaſſe probatur: & ſi voluerit revocare qui vendidit, nullatenus permittatur.* Nec tamen eo minus, non tantum apud Theologos, qui conſcientiam erudiunt, ſed etiam apud Philoſophos, qui officiorum regulam explanant, quæri poteſt & ſolet: an qui judicio non teneretur reſarcire inæqualitatem, ex officio viri boni teneatur? Ita *Grotius: ex contractu ſine dolo inito, cui ineſt inæqualitas, jure gentium naſcitur facultas quidam cogendi eum qui contraxit, ad implenda pacta: nec eo tamen minus, qui plus æquo ſtipulatus eſt, rem ad æqualitatem reducere, ex probi & pii hominis officio tenetur.* In contractu eorum, qui ſuo ſumtu militant, aut naves inſtruunt, cum ſua civitate, quibus vice mercedis concedi ſolet ut capta ſua faciant, aliud exemplum ponit: *Juſtum,* inquit, *juſtitia interna id erit, ſi contractui æqualitas inſit, hoc eſt, ſi ſumtus aut pericula tanti ſunt, quanti præda alea. Nam ſi hæc ſpes multo pluris valeat, reddendum erit civitati quod ſupererit, perinde ac ſi quis nimium vili pretio jactum inemiſſet.* Puto, quamdiu de ſpe ſermo eſt, non poſſe ad liquidum perduci quæſtionem. Spes enim illa, ſi conferatur cum incertiſſimis periculis, non habet unde ad æqualitatem æſtimando reducatur. Præterea æqualitas conditionis inter contrahentes aliter videtur & ſic ratiocinanda: Sicut qui ſumtu ſuo militat aut na-

part. 16. cap. 244.

l. B. 3

l. B. 3.



Digitized by Google

*comparata, quamvis plus valeat, quàm ad præſens venditur, hoc tantummodo requirendum eſt, ſi nihil fraudis vel violentiæ egit ille qui comparaſſe probatur: & ſi voluerit revocare qui vendidit, nullatenus permittatur.* Nec tamen eo minus, non tantum apud Theologos, qui conſcientiam erudiunt, ſed etiam apud Philoſophos, qui officiorum regulam explanant, quæri poteſt & ſolet: an qui judicio non teneretur reſarcire inæqualitatem, ex officio viri boni teneatur? Ita Grotius: *ex contractu ſine dolo inito, cui ineſt inæqualitas, jure gentium naſcitur facultas quædam cogendi eum qui contraxit, ad implenda pacta: nec eo tamen minus, qui plus æquo ſtipulatus eſt, rem ad æqualitatem reducere, ex probi & pii hominis officio tenetur.* 1. B. 3, 10. 5. In contractu eorum, qui ſuo ſumtu militant, aut naves inſtruunt, cum ſua civitate, quibus vice mercedis concedi ſolet ut capta ſua faciant, aliud exemplum ponit: *Juſtum,* 1. B. 3. 18. 3. inquit, *juſtitia interna id erit, ſi contractui æqualitas inſit, hoc eſt, ſi ſumtus aut pericula tanti ſunt, quanti prædæ alea. Nam ſi hæc ſpes multo pluris valeat, reddendum erit civitati quod ſupererit, perinde ac ſi quis nimium vili pretio jactum incertum quidem, ſed tamen facilem & magnæ ſpei emiſſet.* Puto, quamdiu de ſpe ſermo eſt, non poſſe ad liquidum perduci quæſtionem. Spes enim illa, ſi conferatur cum incertiſſimis periculis, non habet unde ad æqualitatem æſtimando reducatur. Præterea æqualitas conditionis inter contrahentes aliter videtur & ſic ratiocinanda: Sicut qui ſumtu ſuo militat aut



Digitized by Google

æquitas, aliter leges hujus aut illius civitatis, decernunt. Naturalis æquitas, quæ conſcientiam Deo per ſe obligare idonea eſt, venditorem & emtorem ſive partes contrahentes una lege tenet, ne alter plus, quàm juſti pretii ratio poſcit, accipere, alter minus dare velit: &, ſi in alterutram partem manifeſto peccatum eſt, læſo promiſcue, id eſt, emtori non minus quàm venditori ſuccurrit. Quod munus ſummæ poteſtati, etiamſi aliter lex civilis ſtatuiſſet, ſemper integrum ac illibatum ſervatur. Legum civilium conditoribus maxima rei difficultas facile perſuaſit, ut ad evitandum litium multitudinem, ne *calumnia in infinitum excederet*, ut *Seneca* loquitur, cum præſertim animorum ſecreta in contrahentibus perſpici nequeant, ſalva interim, ut ſemper, ſummi judicis ope extraordinaria, non quamvis inæqualitatem, ſed enormem læſionem, *ſi nec dimidia pars veri pretii ſoluta eſſet*, corrigerent. Quod non minus ad emtorem ſublevandum, quàm ad venditorem, pertinere (quamvis in contrarium diſſerat *Cujacius*) humanius eſt credere. Certe apud *M. Senecam* loco ſupra laudato emtor petit ſublevari non venditor. Sed hæc ex ſequentibus clariora fient.

*l. 2 C. de reſc. vend. Obſerv. XVI, 18. & XXIII. 13. Perez. ad l. 4. §. 7.*

Quomodo pretii æquitas, & iniquitas intelligi debeat ac inveſtigari, rationem & viam indicavimus. Nunc quomodo iniquitas obſcura deprehendi, ac deprehenſa corrigi poſſit debeatve, oſtendendum eſt, ſi prius de emtionibus



Digitized by Google

nibus venditionibus fiſci ſive ærarii, id eſt ſummæ poteſtatis civilis, aliquid annotaverimus: ſubjecturi deinde nonnihil de pretio extra emtionem venditionem in aliis contractibus ſpectato; deque ipſa pecunia.

Emtio, & venditio, nomine civitatis facta, multum favoris habet, ob neceſſitatem erogationum publicarum, & ſubſidiorum reipublicæ parandorum, quibus nulla quæſtuum ratio, niſi aperta vi aut fraude, aut dedecore conſtet, deneganda videtur. L. Metellus ex adminiſtratione Sicilienſi Romam ſcribit apud Ciceronem in III. Verrina: *ſumma vi data eſt opera à me, ut quamplurimo decumas venderem.* Oſtenditque amplius Cicero, *vendidiſſe alios magno decumas agri Leontini, ceterorumque agrorum*; Verremque coarguit, vane gloriantem, *magno ſe decumas vendidiſſe, plebi Romanæ conſuluiſſe, annonæ proſpexiſſe*, cum tamen *pluris aliquanto potuiſſet vendere, ſi voluiſſet his addicere, qui contra Apronium* prædatum ſocium *licerentur*, & *licentia decumanorum decimas aratoribus nullas reliquas fecerit.* Sed Metelli quidem venditio lege Hieronica facta erat, in qua, ut apparet, gradus conſtituti erant intendendi pretii: intra modum tamen, cui ratio æquitatis non videretur adverſari. De cetero non eſt infrequens, ut publico civitatis nomine, veluti monopolio quodam, res aliqua vendatur, ad eamque emendam cives teneantur, majore pretio, quàm ab aliis aliunde emi poſſet. Habet & hoc rationes graves & publicas. A quibus plurimum

*cap. 51.*

*cap. 63.*

*cap. 64.*

diſcre-

Digitized by Google

*Suèton. Calig. 38. & 39. Id. Veſp. 16.*

diſcrepant auctiones tyrannicæ Caligulæ apud Suetonium. Nec Veſpaſianus citra avaritiæ infamiam *negotiationes vel privato pudendas propalam exercuit, coëmendo quædam, tantum ut pluris poſtea diſtraheret: nec candidatis honores, reisve tam innoxiis quam nocentibus abſolutiones venditare cunctatus eſt.*

*l. 16. C. de reſc. vend. Et l. 3. C. libro X. de jure fiſci.*

Jam quando ſumma poteſtas per magiſtratus aut curatores alios vendit bona privatorum, quæ ob penſitationes publicas ſemper fiſco tacite cenſentur obligata, laudanda maxime eſt Gordiani, & aliorum Imperatorum æquitas, qui rebus debitoris minus juſto aut nimis exiguo pretio, interveniente emtoris fraude aut gratia, venditis, reſcindi hujusmodi venditionem, & domino res ſuas vindicanti reſtitui juſſerunt, ubi fiſco ſatisfecerit. Sed quæ legum diligentia fraudibus in hoc negotio verſantibus, ſatis obviam iverit? Contendendum eſt tamen ad id, quod æquiſſimum eſt, quantum fieri poteſt. Etiam, ubi ob mulctam ſolvendam, & titulo pœnali res privatorum

*orat. 17.*

diſtrahuntur. Videndus eſt *Lyſias* in Epilogo actionis de publicatione bonorum Niciæ fratris, ubi etiam illa querela τὰ πολλῶ ἄξια ὄντα ὀλίγου πεπράσθαι, *ea quæ magni pretii erant, parvo vendi.*

Et in corrigenda quidem inæqualitaté contractus, judicia & conſuetudines fori, dolum tantum attendunt. Sicut ex ante dictis intelligi

*part. 16. cap. 244.*

poteſt. In *Decreto Ivonis* legas: *Cum inter ementem atque vendentem fuerit res definito pretio com-*

*comparata, quamvis plus valeat, quàm ad præſens venditur, hoc tantummodo requirendum eſt, ſi nihil fraudis vel violentiæ egit ille qui comparaſſe probatur: & ſi voluerit revocare qui vendidit, nullatenus permittatur.* Nec tamen eo minus, non tantum apud Theologos, qui conſcientiam erudiunt, ſed etiam apud Philoſophos, qui officiorum regulam explanant, quæri poteſt & ſolet: an qui judicio non teneretur reſarcire inæqualitatem, ex officio viri boni teneatur? Ita Grotius: *ex contractu ſine dolo inito, cui ineſt inæqualitas, jure gentium naſcitur facultas quædam cogendi eum qui contraxit, ad implenda pacta: nec eo tamen minus, qui plus æquo ſtipulatus eſt, rem ad æqualitatem reducere, ex probi & pii hominis officio tenetur.* In contractu eorum, qui ſuo ſumtu militant, aut naves inſtruunt, cum ſua civitate, quibus vice mercedis concedi ſolet ut capta ſua faciant, aliud exemplum ponit: *Juſtum,* inquit, *juſtitia interna id erit, ſi contractui æqualitas inſit, hoc eſt, ſi ſumtus aut pericula tanti ſunt, quanti prædæ alea. Nam ſi hæc ſpes multo pluris valeat, reddendum erit civitati quod ſupererit, perinde ac ſi quis nimium vili pretio jactum incertum quidem, ſed tamen facilem & magnæ ſpei emiſſet.* Puto, quamdiu de ſpe ſermo eſt, non poſſe ad liquidum perduci quæſtionem. Spes enim illa, ſi conferatur cum incertiſſimis periculis, non habet unde ad æqualitatem æſtimando reducatur. Præterea æqualitas conditionis inter contrahentes aliter videtur & ſic ratiocinanda: Sicut qui ſumtu ſuo militat aut

*l. B. 3, 10. 3.*

*l. B. 3. 18. 3.*



Digitized by Google

naves inſtruit, ſpe prædæ & rerum capiendarum, loco mercedis obtinendarum, in periculo verſatur carendi omni mercede, perdendiq; ſumtus & labores, contentusque eſſe vi contractus cogitur, etiam ſi prorſus nil ceperit: ita civitas, etiamſi ille longe plus ceperit, quàm ſumtuum laborumque impendit, cauſſam non habet exigendi partem lucri, cum præſertim elegerit, ejusmodi ſpe allicere homines, ad ſumtuoſam operam; cujus etiam ipſius æſtimatio ſæpe ad ſummam belli, ſolet magni eſſe. In quo genere contractus certe potior videtur eſſe conditio civitatis. Et ſi immodice ac ſupra omnem ſpem ditentur ex tali contractu homines, civitas alio titulo inde lucrari poteſt, vel augendo tributa, vel in neceſſitate publica per rationes eminentis dominii in ſe trahendo uſum abundantis opulentiæ.

Sicut autem, quæ manifeſto contra bonam fidem fiunt circa pretium in contrahendo, nemo defendat: ita hoc ipſum, an contra bonam fidem facta ſint quædam, de quibus quæritur, 3. offic. 17. dubitationem habet. *Video*, inquit *Cicero*, *propter depravationem conſuetudinis, neq; more turpe* aliquid *haberi, neq; aut lege ſanciri aut jure civili: tamen natura lege ſancitum eſt.* Qua ſcilicet naturæ lege, ut ante oſtenderat, c. 15. *tollendum eſt ex rebus contrahendis omne mendacium.* Hanc ſecuti ſunt illi c. 16. *Juriſconſulti, qui, cum ex XII. tabulis ſatis eſſet ea præſtari vitia quæ eſſent lingua nuncupata, quæ qui inficiatus eſſet, dupli pœnam ſubiret,* ipſi *etiam reticentiæ pœnam conſtituerũt.*

Lau-

Laudantibus *Ambroſio*, & *Lactantio*. Proponit idem Cicero elegantia quæſtionum exempla. Quorum primum eſt de mercatore Alexandria frumentum vehente Rhodum, ubi frumenti penuria ſit, & ſciente plures naves in curſu eſſe, magnam frumenti copiam eodem afferentes, & huic merci mox vilitatem facturas. ubi quærebatur inter Diogenem Babylonium & Antipatrum Philoſophos Stoicos, facturusne pro viro bono fuerit mercator, ſi de adventu navium aliarum reticens, ſuam mercem quàm plurimo vendere inſtituiſſet? Diogenes non imminuebat laudem viri boni hoc facto, tantumque mercatori concedebat, quantum jure civili non eſſet interdictum: Antipater autem viri boni putabat, ſemper ad id contendere, quod natura æquius, melius, humanius dictat. In qua diſputatione Antipatri ſententiam *Cicero* laudat. Alii hodie Diogenem ita defendunt, ut Antipatri ſententiam accuſare non audeant: eo quod etiam naturæ lege non invalidus poſſit dici talis contractus; etiamſi ex aliarum virtutum regulis potuiſſet agi laudabilius. Comparant huc exemplum mercatoris mercem vendentis, cujus uſum mox interdicendum novit. De quo, cum diverſæ poſſint occurrere facti rationes, non ſemper eodem modo judicandum arbitror. Multo minus eadem facilitate abſolverim eum, qui alicui ſolvit numos, quorum pretium mox minuendum novit, altero ignorante. *Vaſq. Controv. Illuſtr. lib: 1. c. 2. n. 7.*

*offic. 2. 10. Inſt. 5.*

*3. offic. 12.*

*3. off. 13.*

*Grot. 1. B. 2. 12. 19.*



Digitized by Google

Eadem agitabatur contentio inter Diogenem & Antipatrum, quando ædium venditor vitium celaverit, quod peſtilentes, ſerpentibus
Cicer. infeſtæ, male materiatæ, ruinoſæ eſſent. Quod
3. offic. 13. ſine vitio facturum fuiſſe venditorem Diogenes diſputat, contradicente Antipatro, quem
c. 13. & 17. *Cicero* probat: & res ipſa tuetur. De domo
c. 16. vendita aliud exemplum affertur: cum T. Cl. Centumalus ædes, quas in Cælio monte habebat, demoliri juſſus ab auguribus augurium acturis, P. Calpurnio Lanario vendidit. Qui cum mox eadem neceſſitate demoliendarum ædium obligaretur, M. Cato arbiter captus *quicquid* emtori venditorem *dare, facere ex fide bona oporteret*, ita pronuntiavit: *cum in venumdando rem eam ſciſſet, & non pronuntiaſſet, emtori damnum præſtari oportere.* Quam ſententiam
8. 2. 1. *Valerius maximus, ſummæ æquitatis* nomine laudans, *quia*, inquit, *bonæ fidei venditorem nec commodorum ſpem augere, nec incommodorum cognitionem obſcurare oportet.* Athenis domus phantaſmatum & ſpectrorum apparitione infamata,
l. 7. ep. 27. *proſcribebatur tamen*, narrante *Plinio, ſeu quis emere, ſeu quis conducere, tanti mali ignarus vellet.* Proſcribebatur, ſed vili pretio, & quod vitium quaſi ultro indicaret. Imo in re omnibus nota, vix eſt, ut decipi emtor conductorve potuerit. Itaq; philoſophus Athenodorus, cum Athenas veniſſet, *legit titulum, auditoque pretio, quia ſuſpecta vilitas, percunctatus omnia docetur, imo tanto magis conducit.* Sicut adhuc hodie reperiuntur homines, qui talia nec perpetua credunt,

neque

neque valde exhorrent. Igitur in illo Athenienſi facto vix eſt, ut fraus ſuſpectari poſſit. Clarior etiam eſt cauſſa M. Marii Gratidiani, qui Sergio Oratæ ædes vendiderat, non quidem expreſſa in mancipio ſervitute ædium, ſed emtori ſatis nota, quippe quas ab eodem paucis ante annis Gratidianus emerat. Re in judicium adducta, pro Orata Craſſus *jus urgebat: quod vitii venditor non dixiſſet ſciens, id præſtari oportere.* *Antonius* Gratidiani patronus *æquitatem: quoniam id vitium ignotum Sergio non fuiſſet, qui illas ædes vendidiſſet, nihil fuiſſe neceſſe dici: nec eum eſſe deceptum, qui id, quod emerat, quo jure eſſet, teneret.* Non eſt dubitandum, quin Antonii ratio ad mentem legis reſpiciens adverſus cavillationem verborum valere debeat. Nec in alia fuiſſe ſententia videtur *Theodoricus Rex* in *edicto cap.* 141: *Quicunque fugere ſolitum vendiderit ignoranti, ſi emtorem quoq; fugerit, & pretium venditor reddat, & damna ſarciat, quæ per eundem contigerint fugitivum. Ignoranti*, inquit. Ergo *Scienti* non idem debebitur. Verum ne ignorari iſta poſſint, formulis contractuum jam olim cavebatur. Apud *Marculfum* extat *venditio de ſervo aut ancilla: Conſtat me vobis vendidiſſe, & ita vendidi, ſervum juris mei, aut ancillam nomine illam, non furem, non fugitivum, neque cadivum* (i. e. improbum) *ſed mente & omni corpore ſanum.* Ex his ſi quid aliter ſe haberet, præſtari emtori damnum, æquum erat.

*Cic. 3. off. 16.*

*lib. 2. form. 22.*



Digitized by Google

In hac diſputatione, ut inter homines definiendi peritos quæſitum eſt, quid eſſet *celare*. Ubi ex ſententia Diogenis, *aliud eſt celare, aliud*
Cicer. *tacere: --- neq;, quicquid tibi audire utile eſt,*
2. off. 12. *id mihi dicere neceſſe eſt*. Certe, non ſemper neceſſe, quando inter nos de illa re, quæ celatur, nihil agitur. Itaque non cum Antipatro ſtatim ad naturalem hominum inter ſe ſocietatem confugies, niſi ita explicetur; quod illa hominem homini obliget ad bonam fidem & æquitatem in omni commercio & contractu ſervandam. Tum enim profecto mihi dicere eſt neceſſe, quod tibi utile eſt audire, ſi tecum paciſcor aut contraho, ne contractui inæqualitas inſit, & ne ego plus, tu minus habeamus. Quod cum natura juſtitiæ in contrahendarum re-
3. offic. 13. rum fide poſitæ pugnat. Bene igitur *Cicero* partem quæſtionis concedit, partem ſupplet ac definit: *Neque enim id eſt celare, quicquid reticeas; ſed cum, quod tu ſcias, id ignorare emolumenti tui cauſſa velis eos, quorum interſit id ſcire. Hoc autem celandi genus quale ſit, & cujus hominis, quis non videt? certe non aperti, non ſimplicis, non ingenui, non juſti, non viri boni.* Satis autem clara ſunt verba Ciceronis, & ultro ſe ex-
l. B. 2, 12, 9. plicant, neq; opus forte habent cautione Grotiana, quaſi ad reſtringendum laxiorem ſenſum neceſſario adjecta.

Si autem celaſſe crimen eſt, multo magis ementiendo merces extuliſſe, & ſermonis va-
3. offic. 14. nitate amplificaſſe. Quod oſtendit *Cicero* exemplo Pythii argentarii Syracuſani, qui C.

Ca-

Canio equiti Romano hortos cum omni inſtructu, per vanitatem demonſtratos, vendiderat, poſtea inanes & prorſum monſtratis diſſimiles tradiderat. Quanquam autem, ut ibidem declarat, Aquilii de dolo malo formulæ nondum erant prolatæ, quibus damnabatur *cum eſſet aliud ſimulatum, aliud actum*: ipſa tamen naturæ lex judicem monebat, ut poſſet decepto opem ferre, ſi imploraret. *Ita nec ut* *3. offic. 15.*
*emat melius, nec ut vendat, quidquam ſimulabit aut diſſimulabit vir bonus. --- Tollendum igitur eſt ex rebus contrahendis omne mendacium.* Quæ ne quis diſputationis magis quàm veritatis cauſſa dici exiſtimet à Cicerone, non ſinit nos *Demoſthenes* ignorare, apud Athenienſes in *in Leptin.*
legem iviſſe, *ut mendacio forum vacaret*, κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν νόμον γεγράφθαι. Quod autem addit, ἐφ' οἷς οὐδὲν τῇ δημοσίᾳ βλάβος, εἴ τις ψεύσεται, *in quibus, ſi quis mentitus fuerit, nihil inde reſpublica detrimenti capiat*: non niſi ad comparationem majoris damni, ex more oratoris, referendum eſt. Ut enim fraus exulet foro, & privatorum contractibus, vel maxime reipublicæ intereſt. Quod Cicero ſæpe teſtatur.

Hinc illa legiſlatorum aliorum quoque diligentia, circa res emendas vendendaſque, cujus ſpecimina ex *Theophraſto*, *Stobæus* com- *Serm. 145.*
memorat. Quidam enim venditiones, non niſi *p. 445.*
adhibito præcone celebrari volebant, facta *&c.*
pluribus ante diebus denuntiatione. Alii apud magiſtratum quendam proſcribebant venditionem ſexaginta minimum diebus, ante

quàm fieret, & ab emtore centeſimam exigebant: ut & juſti pretii hinc cognoſci modus poſſet, & diſceptandi ac contradicendi volentibus copia fieret. Quod Attici inſtituti fertur. Alibi quinque dies interponuntur contractui confirmando, præcone per ſingulos dies denuntiante, ſi quis intercedere, aut vindicare domum remve aliam vendendam vellet. Quod in majoribus ſcilicet rebus locum habere intelligitur. Ut & in pignoribus, apud Cyzicenos. Sed recte notat Philoſophus, illum proſcribendi & pronuntiandi morem inde oriri, quod legibus non deſcripta ſint bona, & poſſeſſiones. Ut ſcilicet hæc ſit lex, defectum legis alterius ſupplens. Nam ubi ſingula deſcripta ſunt, ſtatim ex tabulis publicis cognoſci poteſt, quæ bona ſint ἐλεύθερα καὶ ἀνέπαφα, libera, & à nemine attrectanda. Ita facile juſta poterit venditio fieri, cum præſertim magiſtratus emtorem inſcribat tabulis. Etiam loco illius [illegible], quæ in uſu erat, ſive potius in abuſu, jurisjurandi religio inſtituta eſt: Si quis enim domum emeret, ſacra facere ad Apollinis Epicomæi; aut ſi prædium, in vico quem incolit; & jurare conceptis verbis apud magiſtratum, adſcriptis trium in vico virorum nominibus, lex eum jubebat: quod juſte, ſine ulla machinatione doli, ſine arte & fraude emeret. Eodem pacto venditor omnem dolum ejurabat. Quod ſi quis extra urbem Athenarum habitaret, pauciore ſacrificii apparatu ad Jovis Agoræi ſive forenſis ædem, jurisjurandi religionem imple-

*G. Budæi. comment. G.L. p. 488.*

implebat. Absque qua neque nomen contrahentium neque contractus in literas referebatur. Luculenta hæc ſunt teſtimonia, quàm fuerint de bona fide in contractibus accurate exigenda ſoliciti antiqui Legislatores: quam & jurisjurandi ſanctimonia muniendam ſtatuerunt. *Vide Leg. Longobard. tit. 18.*

Quæ & alibi in ſubſidium juniore ævo vocata eſt. In *Conſulatu Maris*, ubi conſuetudines maritimæ legum vigorem obtinentes complures memorantur, nobile exemplum ponitur. Si exercitor navis, quam cum ſociis communem habet, eam vendiderit absque conſenſu, & inſcientibus ſociis, tum equidem, ubi major pars ſociorum venditionem approbarit, non tenebitur, niſi unicuique pro rata portione pretii. Si autem, poſtquam id placuit, ipſe implere neglexerit, & propterea qui ante convenerant, ad eorum partem tranſierint, qui diſſenſerant, non tenebitur tantum unicuique pro rata parte pretii ex vendita nave quæſiti, ſed inſuper ad omne id lucri exſolvendum, quod ſocii jurejurando interpoſito confirmare poterunt, nave illa vendita interea acquiri potuiſſe. Adduntur plura & ſevera, de vindicanda nave, non venditâ à quibus & ſicut oportebat. Quæ ibi legas licet. *cap. 233. pag. 125.*

Apud *Stobæum loco laudato*, amplius additur, quàm ſtudioſe veteres caverint, ne quid bonæ fidei rationes in contrahendo intervertetentur aut impedirentur. Ut nimirum tum demum recte facta videretur emtio &

venditio, εἰ μὴ παρὰ μεθύοντ۞, μηδ' ἐξ ὀργῆς, μηδὲ φιλονεικίας, μηδὲ παρανομοῦντ۞, ἀλλὰ φρονοῦντ۞, τὸ ὅλον δικαίως. *Si contrahentium nemo ter vel ex ebrietate, vel per iram, vel pertinacia contentionis, vel in fraudem legis, ſed uterq; conſulto conſilio, deniq; juſte contraxerit.* Adduntur, quæ diverſas apud gentes de translatione dominii, de arrhæ modo & jure, de traditione, non uno modo, ad excludendas fraudes conſtituta ſunt.

Monet hic locus, ut de *interpretio* aliquid annotemus. *Gloſſæ Philoxeni, interpretium* interpretantur παράλληλον. Supplet *Henricus Valeſius*, τίμημα, *quod interpretium dici non poſſit, niſi habita ratione ad alterum pretium.* Vere. Sed propius ad rem facit explicatio *Heſychii*, apud quem τὸ παράλληλον, inter alia ſignificat, τὸ μεταξὺ ὄν. *Quod interjectum eſt.* Ita enim indubie legendum videtur: ἀκόλουθον, ὅμοιον, τὸ μεταξὺ ὄν. ubi vulgo cum præcedente ὅμοιον copulare volentes legunt τῷ μεταξὺ ὄν. Interpretium notat illam differentiam, quæ eſt inter prius pretium & poſterius, ſive inter pretium: & incrementa pretii. *Valeſius* definit, *pretium inter emtum ac venditum*; & à *Cujacio* nimis obſcure *pretium pretii* vocari ait. Quod in *Obſervatione*, quam nominat, non invenio. De cetero recte notant ad Ammianum, *Lindenbrogius* & *Valeſius*, interpretium & de lucro & de damno dici: ut, quanto pluris aut minoris vendideris rem quàm emeras, id quod priori pretio acceſſit aut deceſſit, *interpretium* ſit. Nobile exemplum

*ad Amm. Marcellin, lib. 28, c. 5.*

*lib. 16. obſ. 4.*



Digitized by Google

eſt in *Ammiano Marcellino*, ubi Hymetius pro conſule Africam regens Carthaginienſibus inopia laborantibus ex horreis Romano populo deſtinatis frumenti denos modios ſingulis Solidis vendidit. Proxima meſſe, in ubere frumentorum proventu, illa pecunia emit frumenta, ſed Solidis ſingulis tricenos modios. De quibus, cum horreis populi Romani quantum inde acceperat, fideliter reſtituiſſet, *interpretii compendium ad Principis ærarium miſit*, ſive ad Arcam Præfecturæ Prætorianæ. Hic *interpretium* erat, xx modii in ſolidum. Atque hoc quidem clarum apertumque eſt. *lib. 28. c. 5.*

Apud *Caſſiodorum* Rex Theodoricus præcipit: *ut* [ob] *frumenta, quæ per negotiatores publico comparantur, non iterum ab eiſdem interpretii nomine Solidorum quantitas exigatur.* Res ita ſe habebat. Negotiatoribus vulgo dabatur negotium coëmendi frumenti Reipublicæ neceſſarii: cujus ſi parte hic aut illic non indigeret reſpublica, compellebantur negotiatores ab his, qui eam rem curabant, ut frumentum Reipublicæ emtum, ſibi haberent, & pretio, quo emerant, adderent certam ſolidorum quantitatem, interpretii nomine, id eſt, cogebantur emere à republica carius, quod reipublicæ emerant vilius. *Iniquum* autem exiſtimat Theodoricus *ut ille patiatur diſpendium, qui imperiũ fecit alienum.* Conſtituit ergo, ut, ſi coemto frumento non indigeat Reſpublica, vendatur ab officio Præfecturæ Prætorianæ, eventuque, quem ſors datura eſt, ra[illegible] contenta ſit: *lib. 2. Var. ep. 26.*

At

At non æque expediveris in *Lege Saxonum cap.* 2. *de occiſionibus l.*1. *Qui nobilem occiderit*, IↃCCCXL *Sol. componat. Ruoda q'od dicitur apud Saxones* CXX *Sol. & interpremium* CXX. *Sol.* Interpretium hic legenti *Lindenbrogio*, nemo diſcrepabit, opinor. In ceteris dicam quid mihi videatur, libenter ceſſurus meliora docentibus. Illud *Ruoda*, quod de cruce explicant gloſſæ, huic loco non convenire, arbitror: ſubſtituerim *Freda*, ſive *Vreda*. Delicta apud Germanicas nationes certa pecuniæ ſumma æſtimabantur: cujus pars ut in homicidio, propinquis occiſi, pars fiſco ſolvebatur. Antiquiſſimum morem *Tacitus* memorat: *pars multa regi vel civitati, pars ipſi qui vindicatur vel propinquis ejus exſolvitur.* Sæquiore ævo *compoſitio*, *qua* propinquis præſtabatur luendi homicidii aut alterius criminis cauſſa, *Weregildus*, *Weregeld*, *Wargilda* dicebatur. Quod fiſco ex tali cauſſa cedebat, *Fredum* vocabatur. Legis ergo ſenſum hunc exiſtimo: *Qui nobilem occiderit*, IↃCCCXL *ſol. componat:* tot ſolidos ſcilicet (de numero enim diſquirendum eſt) tanquam Wirgildum ſolvat, occiſi propinquis: *Freda quod dicitur apud Saxones* CXX *Sol.* Freda autem quæ nominantur apud Saxones, fiſco ſcilicet inferenda mulcta, CXX ſolidis dependatur; *& interpretium* CXX *ſol.* Quid *interpretium* hîc? capio augmentum mulctæ ex mora, ſive acceſſionem & geminationem fredi ob dilatam ſolutionem ſive tergiverſationem damnati. Ne ſomniare videar, commodum ad meas manus venit miſ-

*Germ.* 12.

*V. Hieron. Bignon. ad Marculf. l.* 1. *p.* 444. *&* 491.

miſſa Illuſtriſſimi cujuſdam viri Scheda ſive *Capitulare Caroli M. ex antiquiſſimo MSC. bibliotheca Vaticana* non ita pridem à doctiſſimo *Holſtenio* editum, factum in Comitiis Aquenſibus A. Chriſti DCCXCVII, ubi geminatio iſta clare adſtruitur *cap. IV.* dum Wargilda pagenſibus conceditur, ſi cauſa infra patriam fuerit pacificata. *Si autem* (ita ſequitur) *in præſentia miſſorum regalium cauſſa definita fuerint, pro jam dicta Wargilda ſuprascriptos ſol.* XII. *ipſis pagenſes habeant conceſſos: & pro hoc quia miſſus regalis ex hac re fatigatus fuerit, alios* XII *ſol. inde recipiat ad partem regis. Si autem ipſa cauſſa ad palatium in præſentia regis ad definiendũ fuerit perducta, tunc utriq; ſolidi* XII *id eſt pro Wargilda, & quod vicinis debuit componere, eo quod infra patriam definita ratio non fuerit, ad partem regis faciant componere, quod ſint ſolidi* XXIV. *Nam ſi fuerit aliquis, qui in patria, juxta quod ſui convicini judicaverint, ſeque pacificare noluerit, & ad palatium pro hujus rei cauſſa venerit, & ibi ei fuerit judicatum, quod juſtum judicium judicaſſent, in prima vice, ut ſupra dictũ eſt, ſol.* XXIV. *ad partem regis componat. Et ſi tunc inde rediens ſe pacificare & juſtitiam facere renuerit, & iterũ pro iſta cauſſa ad palatium fuerit convocatus & dejudicatus, bis* XXIV *ſolidos componat. Si vero necdum correptus tertia vice pro eadem re ad palatium remeaverit triplam compoſitionem exinde faciat ad partem regis.* Interpretium igitur in Lege Saxonum, fuerit acceſſio ſive geminatio mulctæ fiſco pendendæ, id eſt, fredi, ob tergiverſa-



Digitized by Google

tionem & contumaciam partis condemnatæ: translata ſimilitudine à rebus, quæ in commercio verſantur emunturque & venduntur, ad rationes pœnæ ac mulctæ: ut ſolenne iſtis temporibus fuit inflectere vocabula, & licenter ſignificationem ad alia transferre.

Ceterum de interpretio, priore illo ſignificatu, hujus loci ſunt iſtæ quæſtiones: interpretii compendium omnino juſtitiæ non adverſari, cum tota mercatura id eſt res tam neceſſaria reipublicæ hoc fundamento nitatur, nec male R. Theodoricus deſcribat mercatores, *genus hominum quod lucris vivit:* juſtis nimirum. Sed modum interpretii, quippe non una ſemper æſtimatione taxandum, non niſi arbitrio viri boni ac prudentis definiri. Quæ res in mercatura ſæpe exitum vix reperire poteſt, ut teneatur medium iter: nec vel licentia interpretii, vel reſtrictio & adæquatio, mercaturæ in ſummam, aut civitati, aut ſingulis noceat. Et quoniam aliquando diſpendia interpretii nulla diligentia vitari poſſunt, fieri non nequit, ut tali caſu, inæqualitas in contractu ſit, & minus habeat venditor, absque culpa emtoris. An vero, in certo præſertim genere mercium, ob frequentia & pæne neceſſaria diſpendia interpretii, ſicut apud pharmacopolas, liberalius, & quouſque, indulgeri par ſit, altioris eſt disquiſitionis.

*Agrar. 1, 5* Vere eſt à *Cicerone* dictum: *nihil eſt quod non emi poſſit, ſi tantum des, quantum velit venditor.* Et ex diverſo dicere poſſis: nihil eſt, quod non

ven-

vendi poſſit, ſi tantum remittas, quantum velit emtor. Poteſt tamen tanta eſſe venditoris avaritia & tam manifeſta iniquitas, ut non tam vendidiſſe ſuam rem alteri, quàm emunxiſſe alterum argento, dici queat. Sicut Theodoricus Rex apud *Caſſiodorum*, *non tam comparaſſe, quàm ſurripuiſſe* emtorem dicit id, quod à *venditore prodiga voluntate laſcivo*, & *pupillo* emerat vili pretio. Verum has voluntates ad regulam concinnare, ſicut nulla umquam lex ſatis potuit, ita naturalis æquitatis, & conſcientiæ, & caritatis Chriſtianæ ſupplementum accedat neceſſe eſt, ſi negotium cotidiani & neceſſarii uſus ad civilis felicitatis modum, quo humana omnis prudentia tendit, exigi & accommodari velimus. Adeo eſt præclare ab *Ariſtotele* obſervatum, non ſolis legibus, ſed bonis moribus (quibus formandis deſtinantur educatio civium publica & privata, tum Theologorum vigilantia & auctoritas) finem civitatis obtineri. *Var. lib. 1. epiſt. 7.*

In ponendis aliarum rerum pretiis, proxime ad rationes emendi vendendiq; accedunt, quæ locantur & conducuntur. Conſuetudo enim & tempus & locus, non minus hic ad æquitatem aut iniquitatem oſtendendam faciunt, quàm in illo primore contractu. De laborum pretio definiendo, res aliquando difficilior eſt & impeditior. Rerum neceſſariarum mercede, perpetuas operas ſervorum etiam redimi, ratio ſemper fuit. Neceſſaria autem alimentis & veſtibus metiebantur. Qua de re

*Gro-*

Digitized by Google

*l. B. 3. 14. 6. & in Ann.* *Grotius* abunde annotavit. Addi debet, ut etiam ſervo proſpici debeat de victu & neceſſitatibus, cum operas præſtare non poteſt morbo ſeniove infirmus. Et ſublata quidem hodie ſervitute, famulis perpetuis conſenſu fere gentium humaniorum, præter alimenta & veſtes aliquid indulgendum creditur, unde quaſi peculium quoddam conficere queant. Milites, etiam ubi de tenuitate ſtipendii queruntur, aliquid præter neceſſaria, ſibi ſupereſſe oſtendunt, unde vacationes redimere & cen-
*1. A. 17.* turiones demulcere poſſint, apud *Tacitum.* Et Alexander Severus de militari diſciplina: *miles non timet, niſi veſtitus, armatus, calceatus & ſa-*
*Lamprid. c. 5.* *tur, & habens aliquid in Zonula.* Cum ex diverſo *mendicitas ad omnem deſperationem vocet armatos.*

*apud Caſsiodor. lib. 2. ep. 9.* Atque ſi Theodoricus Rex hiſtrionem tanquam *lætitiæ publicæ miniſtrum*, *mendicitate triſtiſſima non debere ingravari* exiſtimat, quanto magis honeſtiores & liberaliores labores iis rependi præmiis æquum eſt, quæ ab inopia vindicent e. g. patronos cauſſarum, medicos, magiſtratus, doctores variarum ſcientiarum. Convenit enim, ut magnarum rerum magna merces ſit. ὁ μισθὸς, ὡς ἐπὶ μεγάλων μέγας, apud *Libanium. Mercedis* enim nomen neq; Latini, neque Græci veteres abhorruerunt, in iis, quæ poſtea alii ſtipendia, ſalaria, honoraria, præmia, & Græce συντάξεις maluerunt dicere.
*11. A. 7.* Apud *Tacitum*, qui foro dabant operam, bene diſſerunt: *eloquentiam non gratuito contingere:*

*omit-*

*omitti curas familiares, ut quis ſe alienis negotiis intendat. Multos militia, quoſdam exercendo agros tolerare vitam. Nihil à quoquam expeti, niſi cujus fructus ante providerit.* Quod ex *Livio* Tacitus, ut multa, ſumſerat, qui in re alia, ſententiam eam ita extulit: *eo impendi laborem ac periculum, unde emolumentum atq; honos ſperetur.* Videmus hic quoq; ad neceſſitates vitæ rationem mercedis exigi: ſcilicet honeſte degendæ, ut ſe ſuosq; honeſte poſſit ſuſtinere, qui ſtipendia officii aut muneris operisq; honeſti meret. Medicorum cauſſam *Seneca* agit. Doctorum & præceptorum labores mercede digniſſimos tuetur facundiſſime *Libanius.* Quamquam autem res ipſa pretio nummario æſtimari in talibus nequeat, labor tamen cuique ſuus fructuoſus eſſe debet. *Itaque his non pretium rei*, ut bene *Seneca* diſtinguit, *ſed opera ſolvitur: -- -- mercedem non meriti, ſed occupationis ſuæ ferunt.* Magiſtratibus mercedem conſtituendam Mæcenas Auguſto ſuaſit apud *Dionem Caſſium*: *μισθόν γε τινὰ φερέτωσαν καὶ τῆς ἀσχολίας ἕνεκα, καὶ τῆς ἀξιώσεως. Merces iis aut præmium aliquod detur, tum occupationum, tum dignitatis nomine.* Quaſi diceret: occupationes eorum ita remunerandas, ut non modo neceſſaria ſuppetant, ſicut ante dictum eſt; ſed dignitatem quoque ſuam quisque & honorem muneris tueri queat. Nam de liberalitate ſingulari magnorum Principum, operas eximiorum miniſtrorum animoſe æſtimantium, nihil attinet dicere.

*lib. 4. c. 35.*

*6. de benef. 15. & 16.*

*orat. 2. tom. 2. pro Rhetoribus.*

*lib. 52. p. 478. adde p. 479. & 480. &c.*

De variis fraudibus, & ſubdolis artibus quibus pretia rerum augentur minuunturve, nolumus verboſi eſſe. In ſubobſcuris, aut ambiguis laborandum eſt: dolus apertus ſuopte arguitur indicio. Ut cum *gemmæ vitreæ pro veris venduntur* apud *Trebellium Pollionem*: aut alia gemmarum adulteria ſubornantur. De cujus generis fraude deprehenſa, puniendâ nemo dubitat. Apud *Plinium* balſami vitiandi conſuetudo annotatur: *nec manifeſtior alibi fraus: quippe millibus denarium Sextarii emti vendente fiſco trecenis denariis veneunt: in tantum expedit augere liquorem.* Sicut Oenopolas rariora & peregrina vina, aliis liquoribus in tantum augere compertum eſt, ut ex uno dolio cadove facile numeroſior proventus ingeminetur.

*in Gallien. c. 12.*

*lib. 12. c. 25.*

Potius eſt, ut de ipſa *pecunia*, aliquid ſubjiciamus. Eſt hæc plerumque ipſum pretium, ſicut ante oſtendimus. Sed uſu tamen venire conſtat, ut interdum merces fiat; tum etiam certam ob formam ac conditionem, pretio æſtimando aliquid adjiciat aut detrahat. *Plinius* de Victoriatis: Qui *nunc victoriatus appellatur, lege Clodia percuſſus eſt. Antea enim hic nummus ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur.* Atq; hinc eſt collybus, proprie ſic dictus: ex permutatione pecuniæ. *Pollux*: ἀργυρίου ἀλλαγὴ, ὁ καλούμενος κόλλυβος. Et collybiſtæ, qui ſciebant, *quid aſper utile nummus haberet*. Quæ *aſpratura* oſtendit, caute accipiendum illud Poëtæ:

*lib. 33. c. 3.*

*3. 9.*

*Perſius Satyr. 3.*

*unum ubi nummorũ genus eſt, ibi collybus haud eſt.*

Colly-

Collybo enim non permutantur tantum nummi diſparis metalli, formæ, pretii, ſed etiam unius formæ, atque adeo unius generis, ut denarii detriti cum aſperis. Ab hac permutatione, licet ſine quodam quaſi interpretio, ſæpe etiam ſine fraude non fiat, diverſa eſt collybiſtarum ſive potius numulariorum negotiatio, quam in fœnerandis pecuniis exercent. Illa enim ex tempore, in loco, inter præſentes uſurpatur: hæc in mutuanda, & trajicienda pecunia potiſſimum verſatur. Quamquam vox *cambii*, qua hodie utuntur, etiam permutationem ſignificet. Totus autem ille contractus iisdem prorſus rationibus regitur & defenditur, quibus pacta, quæ ad uſuræ ſpeciem accedere videntur apud *Grotium. Aſconius in Divinationem, quadrupli damnari ſolitos*, ait, *qui convicti erant pecuniæ gravioribus uſuris fœnerata, quam pro conſuetudine.* Legibus quoque repreſſas fœnebris mali fraudes, *miras per artes rurſum oriri*, *Tacitus* queritur, & experientia omnis ævi demonſtrat. Anno ſuperioris ſæculi nonageſimo ſexto Albertus Archidux, rebus Hiſpanis in Belgio moderandis impoſitus, maxima rei pecuniariæ difficultate premebatur, ex tali cauſſa. Cum enim à mercatoribus magnam vim nummorum accepiſſet, in Hiſpania cum lucro illis reddendam, ſyngraphas quæſtuoſæ pecuniæ in Hiſpaniam miſſas rex conſpicatus, & immodica mercatorum cupiditate commotus (pro ſingulis namq; nummum centenis, ſeptuaginta lucri nomine pacti erant)

*l. B. 2. 12. 21. c. 22.*

*5. A. 18.*

*Havai Annal. tom. 3. p. 522.*

 eas

eas concerpſit, atque intolerabilem uſuram decreto notavit. Sed cum abſque opera eorum bellum geri non poſſet, ad novum pactum deſcendendum fuit in poſterum: ut ſinguli ducati in Belgio ad 53. ſtuferos computarentur. Ita lucrum de centum erat 47.

Quantum in mutando pretio nummorum ad lucrum & damnum momenti ſit, dici non poteſt. Civitas aliquando talibus inventis ſua damna levavit. *Libra pondus æris*, referente *Plinio*, *imminutum bello Punico primo, cum impenſis reſpublica non ſufficeret, conſtitutumque ut aſſes ſextantario pondere ferirentur: ita quinq; partes factæ lucri, diſſolutumque æs alienum: --- Poſtea Annibale urgente, Q. Fabio Max. Dictatore, aſſes unciales facti: placuitque denarium ſedecim aſſibus permutari, quinarium octonis, ſeſtertium quaternis: ita reſpublica dimidium lucrata eſt.* Non ſine temperamento tamen: *nam in militari ſtipendio ſemper denarius pro x. aſſibus datus.* Vide, quod *Procopius* refert *in ἀνεκδότοις*, de ſtatere aureo. Valde autem opera danda eſt, ne quid hæc res domi foriſque in commercia detrimenti, & perturbationis inferat. Cujus generis inauditas calamitates hoc ipſo ſæculo Germania noſtra experta eſt. Inter alias, *cauſſa malorum*, inquit doctiſſimus *Lampadius*, *quod ex menſura fecimus menſuratum, id eſt, Ioachimicos & id genus probata genera ad minutam eamque adulteratam monetam exegimus, eatenus Joachimicos ſui valore augeri ac excreſcere judicantes, quatenus fex illa moneta deficiebat in dies facta mi-*

*lib. 33. c. 3.*

*p. 111. Edit. Nic. Alem.*

*diſſert. de nat. nummi.*

*minor: cum potius ad ipſam quantitatem argenti quamlibet monetæ ſpeciem æſtimare oporteret. Joachimici ne ipſi quidem veræ monetæ menſura ſunt, ſed argenti quantitas pondere deſinita. Attamen minus hallucinaremur, ſi, prout adulterantur minuti nummi, ita non continuo judicaremus, Joachimicos augeri minuive.*

Memorabilis inprimis eſt conſultatio, quæ anno hujus ſæculi ſecundo aulam & Curiam Galliæ exercuit, de mutatione in re monetaria facienda, quam *Thuanus* deſcribit. *Abrogatus eſt tum ſalutaris in commercio & contractibus per aureos computandi uſus, qui ab anno* 1577. *feliciter uſurpatus fuerat, augendi per libras, quæ imaginariæ ſunt, auri & argenti pretium, & mercium ac rerum omnium caritatem invehendi præciſa per eum occaſione. Nam per licentioſa bella cum collybiſtarum flagitio nihil inauſum eſſet, hac ſola ratione effectum eſt, ut nihil in jactatione nummorum peccatum ſit.* —— -- Quæſitus quidem eſt mutationi prætextus: *quod libra omiſſa, quæ tertiam tantum partem tunc aurei faciebat, luxui & profuſioni per aureos computandi uſus portam aperuiſſet.* -- -- *Sed experimento compertum eſt, quod anno* 77. *ad ſiſtendum in numis per libras pretii incrementum decretum fuerat, prudentiſſime factum fuiſſe, eoq; abrogato incommodum idem quod antea invaluiſſe, quod tandem numi aurei augendi, & per illud incrementum mercium pretium præcipue externarum pariter augendi neceſſitatem impoſuit.* Verum de pretio pecuniæ acturo, nova diſſertatione, neq; exigua opus eſt. Noſtro inſtituto iſta poſſunt ſufficere.

*lib* 129. *p.* 1037. *&c.*

# DISSERTATIO III.

## ad Grotii lib. 2. c. 20. n. 20.

## LEX, QUA INGRATI DATUR ACTIO.

DUplex eſt hujus loci diſputatio: Primo, ut de lege, quæ eſt; deinde, ut de lege, quæ eſſe poteſt, aut debet.

In prima quæſtione, quando, an ſit lex adverſus ingratos, diſputatur, iterum ordine incedendum eſt, ut videamus: an natura, an mos gentium, an jus civile ingratos emendationi & pœnæ ſubjecerit.

l. B. 2. 20. 20. De naturâ, videtur dubitare *Grotius*, quando ſtatuit, *puniendos non eſſe actus oppoſitos virtutibus, quarum natura coactionem omnem repudiat, in quo genere ſunt, miſericordia, liberalitas, gratiæ relatio.* Non enim de Jure civili tantùm loqui *Grotium*, facile intelliget, qui propoſitum operis, & diſquiſitionis hujus contextum animadvertit. Sed, ſi jure naturæ præcipiente continetur *Gratia*; ejuſdem juris auctoritate ingrati damnabuntur. *Cicero* diſertis verbis; *Ac na-*
2. de invent. 22. *tura quidem jus eſt, quod nobis non opinio, ſed quædam inſita vis afferat. Ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſervantiam, veritatem.* Et mox *Gratiam* deſcribit, *quæ in memoria ex remuneratione officiorum, & honorum & amicitiarum, obſervantiam teneat. Hierocles*, cum de grato in parentes animo agit, naturæ in ea re

paren-

parendum, elegantibus verbis indicat: τὸ γὰρ εὐχαρίστως ταῦτα ποιεῖν, καὶ τὸν τῆς ἀρετῆς διασώζει νόμον, καὶ τὸν τῆς φύσεως ἀποδίδωσιν ἔρανον. *Qui grato animo iſta faciet, non virtutis modo legem cuſtodit, ſed quod natura jubet officium, implere pro virili parte ſtudet.* Quod longe melius judicant, & interpretantur, qui gratum in parentes animum, etiam divina voce, non inſcriptum modo mentibus, ſed tabulis æternam legem continentibus denuo promulgatum norunt. *Philo Judæus, ingratos duo apud tribunalia, maxime naturalia, damnari oſtendit; impietatis quidem, apud divinum, quod vitæ poſt Deum auctores non venerantur; inhumanitatis apud humanũ, quod nihil ab iis quisquam ſperaverit, qui negligunt eos, quibus par gratia referri non poteſt.* *de decalogo p. 760.*

Ex hoc jure naturæ quæ proficiſcitur actio, judicem habet DEUM; actores non eos tantum, qui ab ingratis atrociter læſi ſunt, ſed ipſam quoque ingratorum hominum conſcientiam; patronos nullos.

Sed & gentium, quæcunque aliquem civilis moris guſtum habuerunt, judicio, diſſociabile nec ferendum viſum eſt ingrati animi vitium. Præclare teſtatur *Cicero: Quæ autem natio non comitatem, benignitatem, non gratum animum & beneficij memorem diligit? quæ ſuperbos, quæ maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos non aſpernatur, non odit? Julianus Imperator in encomio Euſebiæ:* οὐδενὸς γὰρ, οἶμαι, τῶν ἄλλων ἀδικημάτων ἔλαττον μισοῦμεν ἀχαριστίαν, καὶ ὀνειδίζομεν τοῖς ἀνθρώποις, ὅταν εὖ παθόντες περὶ τοὺς εὐεργέτας ὦσιν ἀχάριστοι. *1. de ll. 11.*

*Neq; enim minus quàm alia crimina, ingratum animum odio proſequimur, ac exprobramus hominibus, cum accepto beneficio, ingratos ſe erga bene meritos præbent.* Neque alienum eſt ab hujus loci ſententia, quod *Seneca* fatetur, *Urbes quoq; urbibus, quæ præſtiterunt exprobrare; & in majores collata, à poſteris exigere.*

3. de benef. 6.

Apud hoc *tribunal*, quod excellentiore ſignificandi genere *humanum* dixeris, ſicut prius illud *divinum*, accuſat fama, vel ſermonibus vel literis prodita; patrocinium reorum non aliis ſuſcipientibus, quàm qui pudore omni abjecto, ſuam alienamque infamiam amare ſerio didicerunt.

*Civile* tribunal ſupereſt. De quo ante omnia, ut diximus, quæritur, an fuerit certis in civitatibus lex prodita adverſus ingratos? Reſpondet *Seneca: Excepta Macedonum gente, non eſt in ulla data adverſus ingratum actio.* At *Lucianus in Abdicato* diverſum pronuntiat: καὶ μὴν οἵ γε νόμοι καὶ ἀχαριστίας δικάζεσθαι διδόασι, κατὰ τῶν τοὺς εὐεργέτας μὴ ἀντευποιούντων. *Equidem leges actionem ingrati dant, contra eos, qui benefactoribus non referunt gratiam.* Quem locum, qui de Macedonum legibus tantum velit exaudire, magno ſe onere obligabit tuendæ ſuæ ſententiæ. Jam, cum in *Declamationibus* veterum mentio fit, apud *M. Senecam* & *alios*, legis, *ingrati ſit actio*; quæ lex ad unam & ſolam aliquam civitatem non videtur referre poſſe, niſi quod ad leges Atticas ſæpe reſpiciunt Rhetores; *Seneca* iterum exceperit hanc orationem,

3. de benef. 6.

tom. 1. pag. 450.

& in

& in ſcholis iſta fingi à declamatoribus, non reperiri in vita, dixerit; Unde & ita quærit: *an hac lex, qua in ſcholis exercetur, etiam in civitate ponenda ſit, qua ingrati datur actio.* Sed neq; hic *Senecam* auctorem ſequerer, quin exiſtimarem, apud *Ciceronem*, *M. Senecam*, *Quintilianum*, *Ariſtotelem*, non poni exempla niſi *verarum legum*, quæ revera aliqua in civitate, præſertim Græciæ (inde enim Latini fere exempla arceſſunt) latæ fuerint. Libenter patiar me doceri, ſi diverſum idoneo teſtimonio oſtendi poteſt. De *rogationibus* interim non loquor: quas interdum, ut & ſuaſorias alias, ingenio Rhetoris fingi, non ex hiſtoria vitæ deſumi, ſatis conſtat. *3. de benef. 6.*

Conſignavit & *Gregorius Tholoſanus* exempla, quæ ex jure civili Romano, & aliarum gentium huc pertinent. Ubi nec illud omittendum eſt: quod nulla gens cultior fuit, quin, etiam cum actio legibus non erat prodita, judicis officio ingrati animi crimina ſubjecta cuperet. *Syntagm. Iur. univ. 39. c. 16.*

Quando autem, *an lex adverſus ingratos ferenda ſit*, diſputatur: parum utique profecit longa *Seneca* oratio, quæ id diſſuadet. Ingratum enim hac una re definivit, ſi non redderet beneficium. Et eſt ſane boni viri, de referenda gratia ſerio cogitare; neque acceptorum beneficiorum unquam oblviſci. Sed hoc genus ingrati animi non ſpectatur præcipue, cum de lege, quæ ingratos coërceat, agitur. Ceſſant ergo omnes illæ quæſtiones, de tempore, & *3. de benef. à cap. 6. uſque ad 18.*

facultate referendæ gratiæ, de æſtimatione & comparatione beneficiorum, de dubitatione judicis in definiendo beneficio. Non enim dubia, ſed certa & humani generis ſententia, definita beneficia ſpectantur: neque tam, non reddita, non fideli memoria cuſtodita, quàm maleficio penſata, legi ſubjiciuntur. Adverſus ingratum, qui lædit eum, à quo indubio beneficio fuit affectus, lex paratur. Adverſus diſſimulatores & inficiatores beneficiorum, qui ſine propoſito lædendi ſcilicet tales eſſe non poſſunt, ſeveritas judicis quæritur. Clara hæc ſunt, & expoſita in omnium conſpectu. Si quid boni mores præterea damnant, etiamſi nullâ lege præſcripta ſit actio, Judicis officium in Republica latius patet, neque ullam morum partem labare ſinit.

*Grot. I. B. 2. 22. 16.* Quin lege prodi poſſint ac debeant, quæ ex juſtitia debentur, nulla eſt dubitatio. Juſtitiæ autem munus eſſe, gratum animum, magno conſenſu tota antiquitas docet. Nec aliunde *1. offic. 15.* *Cicero* neceſſitatem referendæ gratiæ deducit: qua nullum officium majus eſſe ſtatuit. Igitur *2. Rhetor.* *Ariſtoteles* maximis & fœdiſſimis *injuriis* accenſet, quæ ab illo, qui beneficio affectus eſt, infertur benefactori. πλείω γὰρ ἀδικεῖ, ὅτι τε κακῶς ποιεῖ, καὶ ὅτι οὐκ εὖ. *Non ſimplex enim eſt injuria in bene meritos; & quod offendit eos injuria auctor, lib. 1. παιδ.* *& quod gratiam iis non refert.* Apud *Xenophontem*, Perſarum judicio ingrati puniuntur, tanquam homines, *qui nec Deos, nec parentes, nec patriam, nec amicos curare norint*, id eſt, ab omni juſti-

juſtitia plurimum alieni. Quam enim partem juſtitiæ curaret is, qui pro bona gratia malam rependit?

ὃν γὰρ τὸ χρηστὸν οὐκ ἐποίησ᾽ ἥμερον
τί δ᾽ ἂν διεργάσειεν ἄλλο τῶν πάντων ποτέ;

*Quem enim benignitas ex fero humanum reddere non potuit, quod aliud hunc ex omnibus rebus unquam emendaverit?* ut recte ratiocinatur *Gregorius Nazianzenus.* In *Pollucis Onomaſtico,* ἀδικία & ἀχαριστία, ἐκ παραλλήλου dicuntur. *in Vit. tom. 2. p. 16.*

Quod ſi alia loquendi ratio placet, neque juſtitiæ hoc proprium munus, ſed alterius virtutis videatur, nemo tamen negaverit, legibus præcipi poſſe, quæ ulla virtus præcipit. Quoq; major eſt virtutis cujusdam cum juſtitia affinitas, eo clarius apparet legislationis materies. Accedat conſenſio plerarumque gentium, ipſiusque naturæ vox, quæ manifeſtam iniquitatem indicat, judicatque: an dubitationi locus ſupererit, quin in legem ire poſſit, res ad continendam ſocietatem non civilem modo, ſed humanam, tam neceſſaria? *Grot. l. B. 2, 25, 3.*

Sicut autem felicius egerunt civitates, ubi ingratos poſita lex coercuit: ita ſæculi mala non modice augentur impunitate hujus criminis, quo non eſt aliud humanæ ſocietati inimicius. Fruſtra nobis *Seneca* occentaverit: *pauciores fore ingratos, ſi nulla detur actio, majore enim delectu datum iri beneficia. Nec expedire notum omnibus fieri, quàm multi ingrati ſint; ne ipſa multitudo pudorem minuat.* At ille *delectus* fingitur, non monſtratur. In quibusdam benefi- *3. de benef. 16.*



Digitized by Google

ciis nihil licet judicio benefacientium, quod in
cap. 11. parentum exemplo agnovit *Seneca.* Sic præceptor de omnibus diſcipulis bene meretur; non licet, huic dare, illi negare beneficium. Qui ſanctiſſimis Chriſtianæ religionis legibus vivunt, ſi vident, indigere beneficio alium, vindice, altore opus habere, non deliberant aut divinant, quo ingenio ſit laturus beneficium, an grate ingrateve habiturus. Neq; cuiquam ſua benignitas à ſincero profecta animo fraudi eſſe debet. Male porro metuitur, ne detegat lex multitudinem peccantium, & inultam præſtet. Lex ſui ipſius vindex eſt, cujus defectu non ingratos tantum multiplicari, ſed plurium exempla ſcelerum pullulaſcere, nimis quàm certum eſt. Imperitum dixero Reipublicæ, & moris humani, & ſæculi, qui non videt, pauciora fore alia crimina, ſi pauciores ingrati fuerint: uniusq; legis adverſus ingratos munimento, ceteris ſuam auctoritatem duraturam.

Magis intelliguntur iſta, ſi quæ apud Rhetoras de actione ingrati diſputantur, paululum
l. 13. excutiantur. Annotavit *M. Seneca* hanc controverſiam: *Torta à tyranno uxor, nunquid de tyrannicidio ſciret, perſeveravit negare. Poſtea maritus ejus tyrannum occidit: illam ſterilitatis nomine dimiſit, intra quinquennium non parientem. Agit illa ingrati.* Pro uxore, compendio dicuntur illa *Hiſponis Cornelii: Duplici beneficio uxori ſuæ obligatus* erat maritus: *& quod non eſt occiſus, & quod occidit. Faſtidit ſterilem, qui fecit.* Sterilitas enim vel adhuc incerta eſt, & tum valent

illa:

illa: *non reſpondet ad propoſitum, nec ad certum diem fœcunditas:* vel ita colligitur; *non poteſt parere mulier, quia torta eſt*; & tum bene reſpondetur marito: *imputat tibi, quod publicata eſt, imputat tibi, quod torta eſt, imputat tibi, quod ſterilis eſt.* Quamquam de ſterilitate accuratius *Buteo* egit: primum, *non omnes poſſe dimitti, ſi quinquennio non peperiſſent*; deinde, *hanc non poſſe dimitti.* —— --- *Aliquod*, inquit, *tempus impune à legibus miſeria faciunt. Non dico, quia torta eſt, ſed hoc adhuc, propter æquitatis tractationem reſervo. Sed non peperit, quia tu* (maritum alloquitur) *maxima in cogitatione occupatus, nihil de liberis cogitaſti.* Neq; de nihilo fuit ſententia *Albutii Sili:* qua ingratum notat maritum, cum uxorem tam bene meritam repudiat: *Res tuas tibi habe. Injicere debuit manum, & ipſum inter res ſuas trahere. Nihil amplius patri debes quàm uxori. Mihi crede, majus fuit, tyrannicidium pati, quàm facere.*

Callido autem oratori, quàm viro bono magis conveniunt, uſuque & conſuetudine fori, ubi nihil non excogitatur aut arripitur ad defendendum etiam malam cauſſam, non honeſtate actionis ac boni moris diſciplinâ æſtimari debent, quæ ad negandum, diſſimulandum, extenuandum beneficium pertinent. Talia ſunt illa *Latronis: Etiamſi ſciſti de tyrannicidio viri, nec indicaſti, non eſt beneficium ſcelus non facere.* Et *Gallionis aliorumq;* quæſtiones: *An inter viros & uxores data beneficia, ingrati lege teneantur. Non eſt beneficium, ſed officium, facere*

*quod debeas: ut, ſi filius patri ſe dicat beneficium dare.* Et *Fabiani*, qui alio quidem inſtituto ſe ab importunitate *Ceſtii* removit, ſed in uxorem tyrannicidæ iniquus fuit in illis: cum introducit maritum ita agentem: *ſe & cogitaſſe tyrannicidium, & uxori indicaſſe; & illam tum quidem feciſſe, quod probam fœminam facere oportuit; nunc peccare, quod putet beneficium eſſe recte facere.* Et: *ſi beneficium putas te dediſſe, quod tyrannicidium non prodidiſti: ego prior dedi, qui tibi tyrannicidium credidi.* Neq; cum *L. Vinicio* de hoc Fabiani colore dixero, *uxorem mutam effici. Si olim de tyrannicidio cogitavi, honeſtior ſum vetus tyrannicida; & non privatis, ſed publicis malis ad ultionem impulſus. Si, cum cogitarem, non celavi uxorem, facilius perſuadebo, me malum hodie maritum non eſſe, cui ſemper tam deditus fui. Ad ultimum hoc conſequar; Si quod audierat, tacuit, non beneficium eſt, ſed fides.* Fides eſt, tacere commiſſa: ſed in fide beneficium, quod torta tacuit, quod inſtrumenta ſævitiæ, quibus etiam virorum animi franguntur, ſuſtinuit, nec virum prodidit. Eſt officium, facere quod debes. Sed officii ſenſum dolor expugnat, & immanis crudelitas. Quis eſt, qui nolit ignoſcere mulieri, ſæviſſimis cruciatibus exagitatæ, ſi victa doloribus, faſſa eſſet tyrannicidium viri? Cæcus & ſurdus ad omnem honeſti æſtimationem fuerit, cui illuſtratus tormentis gratus ac beneficus animus, adhuc in obſcuro poſitus, & quærendus videtur. Et quæ illa importuna philoſophia: in officio non eſſe gratiam?

Quic-

Digitized by Google

Quicquid liberi erga parentes faciunt reverentia, amore, obſequio, opera, officio ea omnia tribuuntur: ſed officio nimirum, quod totum grati animi deſcriptione continetur. Intelligitur grati animi honeſtas comparatione eorum, qui negligunt; demonſtratur inter impedimenta & obſtacula; illuminatur temporibus, locis, caſibus. Dic eadem opera: non eſt virtus, ſcelus non facere. At, cum ad ſcelus vocant illecebræ, invitant præmia, trahunt minæ; virtus eſt, abſtinuiſſe placitis bonis; non ſpe, non metu ad peccandum, impulſum eſſe. Quid porro ſibi vult, qui dicit: prior dedi beneficium, credendo tuæ fidei tyrannicidium? An ſtatim, qui de alterius fide præclare ſentit, beneficium ei dedit? & quid ſimile habet commiſſum ſponte arcanum, cum ſilentio inter tormenta invicto? Etiam ſic laudas, uxorem, & te accuſas. Quàm pulcre enim beneficiis reſponderit illa, fateris: & quàm iniquus ratiocinator gratiæ ſis, contra communem hominum ſenſum comparans diverſa, imputans minora, ultro manifeſtas. Corrumpis imo beneficij, quod tu figuras, fidem, neq; pateris homines credere, te unquam uxori deditum fuiſſe, cui poſt tanta virtutis experimenta & in te merita, non modo non deditus, ſed infeſtus eſſe potuiſti.

At *Latro* tibi iterum patronus adeſt, ut dicas: *Etiam ſi dedit beneficium, recepit. Occidi tyrannum; libertatem mihi, tibi ultionem reddidi pleniſſimam: perſecutus ſum nefarium hoſtem, illic*



Digitized by Google

*occidi, ubi torſerat. Dices, me Reipublicæ cauſſa feciſſe, & tu Reipublicæ cauſſa tacuiſti.* Imo tu, ſi rempublicam amares, beneficium reip. ab uxore datum amaſſes, grate habuiſſes, magis eo lætatus eſſes, quàm ſi tibi datum foret.

Sed profecto, & Reip. & tibi datum eſt. Tibi datum eſt, ut poſſet Reipublicæ dari. Et, quanto fuit magis arduum, quod uxor tibi & reipublicæ dedit, quàm quod reipublicæ dediſſe te ais? Ad tyrannum occidendum converſo, occaſio, facultas, inſtrumenta perficiendi operis, ſpes ſucceſſus, præmia, animos & vires addiderunt. Huic omnia adverſa & infeſta; nec, præter animum, quicquam liberum. Quanto facilius eſt, facere cædem, quam pati omni cæde triſtiora? Præterea, cujus eſt illa hominis vox, qui ſic agat: dediſti quidem beneficium, dira & acerba ſuſtinendo mea cauſſa; ſed dum auctor ejus acerbitatis mea opera jacet, nulla ultra beneficii tui, quod recepiſti, æſtimatio, nulla memoria? Quin univerſam gratiæ rationem in compendium mittis, & cum civibus tuis omnibus & ſingulis, imo cum ipſa civitate & patria ſic contendis: Liberavi vos omnes à tyrannide; eademque opera, quicquid beneficiorum vobis debui perſolvi: nemo poſthac à me ullam publice privatimve gratiam expectet aut recipiat. Ceſſent ſemel & ſimul omnia neceſſitudinis priſtinæ nomina: uniusque virtute facti cuncta officii in poſterum vincula aboleantur.



Digitized by Google

Illud prorſus à fide facienda alienum eſt, cum inducitur maritus : *ne ſciſti quidem tyrannicidium, non enim tibi indicavi, nec tam magnum conſilium, viridibus quoq; animis grave, commiſi muliebri garrulitati : quæ id ſolum poteſt tacere, quod neſcit.* Recte enim à *Fabiano* & *Vinicio* reſpondetur huic inſtituto: *Dixerit, cogitaſſe quidem ſe de tyrannicidio ante tormenta, ſed uxori non indicaſſe: augebit uxoris beneficium. Liberius enim potuit tyrannicidium indicare, quod illi commiſſum non erat. Potuit enim uxor, etiam non indicante marito, tam magni conſilii molitionem deprehendere. Ceſtii* quoq; color, quem pro viro introduxit, nihil habet ſani: *Quo tempore uxor torta eſt, nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam: poſtea cogitavi, & hæc ipſa cogitandi cauſſa fuit, uxoris ultio. Utrumque ſecutum eſt, ut illa marito inſolentiam imputare non poſſet, maritus illi tyrannicidium poſſet.* Leviter excuſſus hic color, evaneſcit; ſive facti fidem ſpectemus; ſive cauſſæ utilitatem. In fide facti, & ſerie negotii, utiq; *apparet, & aliquid de tyrannicidio cogitatum, de quo tyrannus usq; eo ſuſpicatus eſt, ut torqueret.* Ita parum inter ſe congruentia dixit *Ceſtius*: ſed & contra rationem & utilitatem cauſſæ. *Si dixerit enim, poſt tormenta ſe de tyrannicidio cogitaſſe, tum tyrannicidium uxori melius deberi meruit, ſi torta tyrannicidam fecit, quam ſi tacuiſſet.* Maximam ſcilicet gloriæ, qua tantopere gaudebat, partem uxori debuiſſet: ingratique animi crimine denuo ſe per repudium alligaſſet. In his, quæ ex licentia potius cauſſidicorum,

quam

Digitized by Google

quam ex vero & bono pro ingrato marito allata ſunt, *Hiſpo Romanus*, judice ipſo M. Seneca, *maligne & accuſatorie*: *Nihil*, inquit, *ego iſti narraveram: iſta, ut erat neceſſe aliquid ex vultu, aliquid ex nocturnis vigiliis ſuſpicata eſt. Unde manaverit ſermo, ſciſtis. Videtis, quo veniat tyrannus, non ad amicum meum, non ad ſervum: ſed ad iſtam, quæ nihil negotii habuiſſet, ſi tacuiſſet. Tua enim cauſſa tacuiſti: ſciebas te perituram, ſi confeſſa eſſes tyrannicidiũ.* Fecit maritum ipſo tyranno crudeliorẽ; qui poſt ſilentium tormentis impenetrabile, garrulitatis arguit uxorem, & ne tyranni quidem teſtimonium reveretur.

Non caret ratione oratoria *Paſſieni* ſententia, qui putabat, recte facturam, *ſi hæc mulier injuſti repudii ageret, non ingrati. Albutius* autem *decentiſſime prius egit injuſti repudii, deinde ingrati.* Ut enim crimina geminantur, ita amplificatio inprimis valida eſt, ſi accedentis vitii turpitudo, in partem actionis transferatur. Sic injuria parentibus, præceptoribus, hoſpitibus facta, præter nomen proprium, ingrati animi crimine, ubiq; terrarum gentiumque notari conſuevit.

Honeſtiſſima autem eſt in hac cauſſa *Pollionis Aſinii* ratio, qui *nunquam tentandam eſſe* judicabat *illam quæſtionem, qua negamus, nos beneficium accepiſſe. Perit*, inquit, *tota cauſſa, niſi in hoc vicit. Apparet enim, ingratum eſſe, qui ne fatetur quidem, ſe accepiſſe beneficium.* Veritatem hujus ſententiæ, graviter adſtruit *Declamator* alius, cum præcipit: *Et in totum hoc ſervare in omnibus*

*Quintil. decla. 333. ·mon.*

*con-*

*controverſiis, quæ ingrati lege continentur, debebimus, ut hi qui rei ſunt, in ipſa actione ingrati non ſint. Raro valde interveniunt controverſiæ, in quibus hoc quæratur, an is, qui ingrati reus eſt, acceperit beneficium. Pleræq; divertunt eo, ut quæſtiones habeant: an, quisquis acceperit beneficium, & non reddiderit, ingratus ſit? an omnia, quæcunque exigebantur, præſtare debuerit? an potuerit?* Sed de his quæſtionibus poſtea. De facienda controverſia ipſius beneficii, præclare & ſolide philoſophantur, quos laudavimus: neque comparari huic gravitati poſſunt, quæ *Gallio & Atticus Vipſanius* de conſuetudine fori, & cauſſidicorum artibus annotant.

Vidimus exemplum actionis ingrati. Ubi haud dubium fuit rei crimen: neque ulla honeſta defenſione velandum. Ponamus aliud, quod haud æque reum premit, ex *Declamationibus Fabio Quintiliano attributis.* Leges: *Patronum optare liceat.* Et: *ingrati ſit actio.* Controverſia: *Adoleſcentem dives pauperem impenſis ſuis Athenas miſit. Redit ille diſertus. Detulit divitem quidam reum proditionis, & optavit patronum pauperem illum, qui divitis impenſis profecerat. Egit pauper, non tenuit. Accuſatur a divite ingrati.* In hac cauſſa, ſi liberum fuiſſet adoleſcenti, advocationis officium præſtare actori, aut denegare, non parum ſuſpicionis in eum trahi potuiſſet. Nunc legis auctoritate patronus optatur. Unde poſtea: *Habebat jus optandi patronum, & hanc leges dederunt poteſtatem.* Et: *Lex optandi patronũ jus dabat: me delator opta-*

*declam. 333.*



Digitized by Google

*verat. Doce quid faciam. Delator jus habet. Contra omnem meam deprecationem publica auctoritas nititur. -- non igitur objicere debes, in quod coactus ſum.* Annon & cauſſa excuſat patrocinium? próditio enim, etiam in parente abominanda, & vindicanda eſt. *Advocationem negare contra reum proditionis non debui*, fortior aliquis diceret. *Oportebat non deeſſe legibus vocem, oportebat eſſe aliquem, qui in ſummis reipublicæ, ut tum videbatur, periculis, excuteret veritatem.* Itaq;, ſi argumenta proditionis inſignia fuerunt, excuſari potuit ſuſceptum actoris patrocinium, etiam ſi liberum fuiſſet, denegare. Sin dubia & ſuſpecta indicia criminis, nec ſincera voluntas deferentis, merito beneficii memoria retrahere adoleſcentem debuit ab accuſatione bene meriti. Sed moratus eſt in primis *ſermo* Rhetoris, qui præmittitur: *Intelligitis huic adoleſcenti cum ſummo reſpectu divitis agendum: ita demum enim videbitur, id quod fecit neceſſitate feciſſe, ſi de illa queretur. -- -- Ergo, quod ad meum conſilium pertinet, hic invitus egit: ea, quæ dicenda accepit, pertulit.* In tractatione ergo ipſa, ſtatim ab initio, *maximum ſe beneficium accepiſſe, quod ſibi conſummare ſtudia contigiſſet*, fatetur; fortunam accuſat, cujus poteſtate factum ſit, *ut mallet omnem uſum loquendi perdidiſſe, quàm cum homine de ſe optime merito jam bis conſiſtere.* Subinde: *accepi beneficium, quantum maximum dare parentes liberis poſſunt. --- hujus liberalitate, hujus opibus, peregrina ſtudia, clariſſima exempla, otium, quo plurimũ ſtudiis confertur, ſum conſecutus. ---*

*acce-*

*accepi pecuniam, votum, ſpem futuram in poſterum vitæ. — accepi beneficium, ne illud quidem inficiabor, non reddidi. Non tamen continuo ſequitur, ut ingrati lege teneatur, qui acceptum beneficium nondum compenſaverit. Alioqui nemo eſt, qui non calumniæ genus poſſit incidere.* Deſcribitur poſtea neceſſitas, de qua dictum eſt; moderatio in actione, vocis, vultus, nihil aſperum, extra cauſſam; propoſitum grati in poſterum animi, & confeſſio debiti.

Ponitur & illud actionis, de qua agimus, exemplum: *Cimon ingratus Calliæ*, apud *M. Senecam*. Leges: *Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumq; interficiat, ſine fraude ſit.* Et: *Ingrati ſit actio.* Thema: *Miltiades peculatus damnatus, in carcere alligatus deceſſit. Cimon filius ejus cum ſepeliret, vicarium ſe pro corpore patris dedit. Callias dives, ſordide natus, redemit eum à republica, & pecuniam ſolvit, eiq; filiam ſuam collocavit. Quam ille deprehenſam in adulterio, deprecante patre occidit. Ingrati reus eſt.* Leges veræ ſunt: exemplum fictum. In hac controverſia merito ille *color & Gallioni & Latroni & Montano placuit, ut nihil in Calliam diceretur contumelioſe, & redemptorem, & ſocerum, & infelicem.* Unde non *Ceſtii* tantum improba eſt ſententia, qui *multa in avarum, & in fœneratorem, & menſularium, & lenonem dixit, dum vult illud probare, reddidiſſe Cimonem beneficium, quod talem ſocerum habere ſuſtinuiſſet:* ſed & *Junius Baſſus* ferri nequit, cum pro Cimone dicit: *Calliæ filiam uxorem duxi. Hanc tibi pater* Controv. 4. 24.

 *inju-*

*Porcius Latro.* *injuriam feci, dum ingratus eſſe nolo.* Beneficium porro Calliæ maligne interpretantur, qui diſputant ex perſona Cimonis: *Ut audivi eſſe, qui pecuniam numeret, miratus ſum, fuiſſe in civitate noſtra quenquam, qui Cimonem redimere quàm Miltiadem maluiſſet. Ego ne patrem quidem meum, niſi innocens fuiſſet, redemiſſem.* *Niger Brutidius.* Et qui illas quæſtiones fecit: *an ſi ſua cauſſa fecit hoc Callias, ut redimeret Cimonem, an ſit beneficium.* *Gallio.* Et qui illas: *an acceperit beneficium Cimo? deinde, an teneatur is, qui beneficium acceperit, quod non petivit?* Nam *Hiſponis Romani* ſtolide dura eſt quæſtio: *An retulerit gratiam hoc ipſo, quod occidit.* Figura tolerabiliore, ſed non ſatis probâ *Montanus Votienus* quæſivit, *an gratiam retulerit Cimon Calliæ. Tuli*, inquit, *filiam tuam uxorem, filia tua Miltiadis nurus facta eſt. Non putas beneficium, habere communes cum Miltiade nepotes?*

Loci hujus controverſiæ ſunt vel *pragmatici*, vel *pathetici*: quorum illi ad *jus*, hi ad *æquitatem pertinent.* In pragmatico genere Cimon vincit hac ratione, quod ingratus non cenſetur, qui beneficio ſe ad patientiam rei inhoneſtæ obligari nec putat, nec patitur. Quo pertinet illud *Montani*: *Certe beneficium reddam, cum tam honeſtum deſideraris, quàm dediſti. Ego adulteros dimittam? quid aliud facerem, ſi alligatas haberem manus?* Et, *Arellii Fuſci*: *Ferrum à lege mihi traditum, ad vindictam pudicitiæ, projiciam?* Et ex Quintiliano: *non poteſt videri ſævitia, non crudelitas, quæ per leges venit: occidere adulterum licet cum adultera.* *Declam. 277.* In pathetica tracta-

tractatione illam æquitatis quæſtionem pro Cimone *Latro* movit: *an, ſi affectu & indignatione ablatus, non fuit in ſua poteſtate, ignoſcendum illi ſit?* *M. Senec. controv. 4. 24.*

Contra Cimonem pro Callia pragmaticum eſt, ſi dicatur: diverſam eſſe rationem ejus quod lex jubet, & quod permittit. Non oportere ſtatim fieri, quod licet facere. Permiſit tibi, Cimon, lex uxorem interficere, non præcepit. Quo minus utereris eâ licentiâ, memoria beneficii, preces ſoceri, ipſeque conſpectus & interventus ejus, te morabantur: ſi quid humani in te eſſet. Tune non donares patri filiam, qui tibi & libertatem & vitam, in vinculis morituro, donavit? Non petitur à te ſtuprorum patientia. Potuiſti abigere tuo matrimonio, quam male junctam expertus es. Satis exiſtimationi tuæ conſuluiſſes. Carnificis officium occupare, etiamſi lex indulget, furor eſt, non ratio: quid, in oculis parentis filiam interficere? beneficium maleficio rependere? beneficii auctorem vivum, videntem, præſentem, deprecantem negligere, rejicere, lædere? Nam in pathetico genere, omnia æquitatis, & miſerationis nomina & momenta Cimonem pro Callia interpellant.

Jam antea dictum eſt, quædam in hac controverſia, importunius mota eſſe. In quo genere fuit illa *Gallionis* quæſtio: *An teneatur is, qui beneficium acceperit, quod non petivit? Non rogavi*, inquit, *te, dediſti iſtud jactationi tuæ, putaſti ad gloriam tuam pertinere.* Crebra ſed improba



Digitized by Google

ingratorum cantilena. Quædam non rogantur, deſperatione impetrandi: quædam dubitatione, unde rogandum ſit: neque ab ignotis, nullave familiaritate perſpectis facile beneficia petuntur: quibusdam deſideriis, quo minus proferantur, iſta obſtat rei magnitudo. Quis ingentem pecuniæ ſummam, libertatem, vitam ab eo poſtulare auſit, quem nullo uſu habuit amicum? Quis in vinculis ſocerum quærit, cui prius oneri, quàm uſui ſit? Quædam miſeriæ includunt vocem, non laxant. Tune, quod glorioſiſſimum eſt in beneficio, in contrarium vertes, prævenisſe preces inopis, ſpectaſſe neceſſitatem, non expectaſſe vocem? Ita honeſtiſſimæ voluntatis gratiam perdet, qui humanitatis priorem, quàm hominis rationem deduxit? *Gratiſſima* eſſe debent *beneficia parata, facilia & occurrentia, ubi nulla mora fuit, niſi in accipientis verecundia. Optimum eſt, antecedere deſiderium cujusq; proximum, ſequi. Illud melius occupare, antequam rogemur. Quia cum homini probo ad rogandum os concurrat & ſuffundatur rubor, qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus ſuum.* Ita ille, qui beneficium docet dare & accipere. Et mox: *ideo divinanda cujusq; voluntas, & cum intellecta eſt, neceſſitate graviſſima rogandi liberanda eſt.* Qui hoc fecit, ille, quod in benefaciendo ſummum eſt, fecit. Quam fuerit itaq; nequam, qui neget beneficium datum, quod non petenti datum eſt? *At enimvero,* inquit, *jactationi ſuæ hoc dedit, qui mihi benefeciſſe voluit videri?* O te ingratum, qui bene-

Seneca 2. de benef. 1. & 2.

beneficio manifeſto affectus, adjutus, ſublevatus, de beneficii auctore male opinaris, nefarie ſuſpicaris! Quod ſi plane tibi de ejus ambitione conſtaret, æquiſſimum erat, ut quantum tu accepiſſes, reputares, non quàm bene ille dediſſet. Auferetur ex vita hominum res pulcerrima, benefaciendi ſtudium, ſi liceat in alienis beneficiis curioſum eſſe, & maligne interpretari animum benefacientis. Quid enim erit, quod non vellicare poſſit malignitas? Scilicet, cum de accipiendo beneficio agitur, tum vero ſine anxia deliberatione omnibus in promptu fuerit illud Poëtæ: *Terent. Adelph. 2. 3. 1.*

*Abs quovis homine, cum eſt opus, beneficium accipere gaudeas.*

At ubi de habenda gratia quæritur, in Platonis rempublicam credo eatur, & ſapientium regulæ conquirantur, an beneficium recte atque ordine datum ſit, an nihil in dantis animo aut arte deſiderari poſſit. Dummodo conſtet, eos, qui ita dubitant, nullo modo recte accepiſſe beneficium; pravumque in ſeipſos exemplum ſtatuere. Quî minus enim accipiendi, quàm dandi beneficii regula & ratio ſit?

Nec melioris notæ eſt, illud effugium, in quo *Nigri Brutidii* ingenium deſudavit: *Beneficium eſt*, inquit, *quod totum ejus cauſſa præſtatur, in quem confertur. Ubi aliquis ex eo aut ſperat quid aut præparat, non eſt beneficiũ, ſed conſilium.* Improbe hæc dicuntur: maligniq; & ſuſpicioſi animi non obſcurum habent ſpecimen. Quanto verius, & rectius *Seneca? Non ſum tam iniquus,* *6. de benef. 13.*

 in-

Digitized by Google

inquit, *ut nihil ei debeam, qui cum mihi utilis eſſet, fuit & ſibi. Non enim exigo, ut ſine reſpectu ſui mihi conſulat. Imo etiam opto, ut beneficium mihi datū, vel magis danti profuerit: dummodo id qui dabat, duos intuens dederit, & inter me ſeq; diviſerit: licet id ipſe ex majore parte poſſideat, ſi modo me in conſortium admiſit. ſi duos cogitavit: Ingratus ſum, non ſolum injuſtus, niſi gaudeo hoc illi profuiſſe, quod proderat mihi. Summa malignitatis eſt, non vocare beneficium, niſi quod dantem aliquo incommodo affecit.* Subjicit memorabilia exempla, & repetit ſententiam, malignæ deſcriptioni Brutidii oppoſitam: *Non ſum invidus beneficii interpres, nec deſidero illud mihi tantum dari, ſed & tibi.* Alia quæſtio eſt, ſi totum ſibi præſtitit alter, quod fecit, totum ſibi imputavit. Sed an iſtud factum ſit, raro ad liquidum deduci poteſt. Pleraque ambiguæ æſtimationis ſunt: in quibus, ſi homo quidem es, humanior debet apud te valere interpretatio, ut credas, tibi quoque datum, de quo dubitatur, an ſibi tantum dederit, qui fecit. Denique, ſi planius tecum agi vis, noli, quæſo, cauſſidicorum ſtrophas ſanctiſſimis boni moris legibus obvertere.

Sed illa quidem de Cimone ficta eſt controverſia. Aliud enim traditur à *Nepote*, & *Plutarcho*, in ejus vita. Ex recentiore hiſtoria memorabile eſt, quod *Baptiſta Fulgoſius* conſignavit circa nuptias beneficio parandas. Rolandus Petri Siciliæ Regis frater, à Roberto Neopolitano Rege bello navali captus tenebatur, *lib. 5. cap. 3.*

Cum-

Cumque frater ejus parum de redimendo eo cogitaret (quippe qui ignavia amiſſam claſſem ægre ferret) Comiola Senenſis, Meſſanæ agens, vidua & flore ætatis, & ingenti opulentiâ inſignis, miſit, qui captivi animum explorarent: ducturusne uxorem foret puellam, cujus liberalitate, miſerias carceris evaderet. Tum enimvero Rolandus, ut divinitus miſſam opem exoſculatus, prolixe polliceri cœpit. Stabilito igitur per procuratores matrimonio, Comiola duobus auri unciarum millibus ſponſum redemit. At ille Meſſanam reverſus, & pactas nuptias inficiatur, neque ullam pro beneficio gratiam debere vult Comiolæ; tanquam longe infra generis regii ſplendorem deſtitutæ. Convincitur apud tribunal eccleſiaſticum, amicorumque & propinquorum objurgationibus, ut denuo animum matrimonio applicaret, adactus, in ſolennem congreſſum, velut pacti repetendi cauſſa, venit. Ibi coram omnibus Comiola, cum ſua beneficia commemoraſſet, ingratumque & perfidum ejus animum notaſſet: ego vero, inquit, ultro nuptiis renuntio, neque, ut cum tam ignavo & ingrato homine ætatem agam, æquum exiſtimo; atque adeo ex hoc die DEO pudicitiam meam una cum opibus conſecro. Ingrati à quovis judice damnandus, adhuc hodie facto puellæ arguitur, atque infamibus exemplis acceſetur.

Similior fictæ de Cimone controverſiæ eſt hiſtoria Philippi Mariæ Ducis Mediolanenſis, *ap. eund. Fulgoſ.*


Digitized by Google

qui fraternis odiis ad ſummum rerum omnium diſcrimen redactus, beneficio matrimonii ſe expedivit. *Facinus* enim *Canis*, Dux copiarum ejus, mortem ſibi imminere cernens, non aliud, inquit, ô Philippe, rebus tuis remedium ſupereſt, quàm ſi me extincto, uxorem meam matrimonio tecum conjungas. Ita & gratiam militum tenebis, in quibus unica ſpes; & opibus meis luculentis ſane & amplis, ad conſtituendum tuum ſtatum uteris. Succeſſerunt ex voto conſilia. Sed ingratus animus nullo merito mutatur. Diſparem uxoris ætatem gravatus Philippus, ut ſcelere exiret, quod incolumitatis ſuæ cauſſa iniverat fœdus, ficto læſi pudoris crimine miſeram perculit, peractisque judicii imitamentis, clam interimi juſſit. Quid non ingratus animus deſignat? Sacra matrimonii, fidem conjugum, pactosque hymenæos, impetu rumpit, & ex Principe, tyrannum, ex homine beſtiam facit.

Te quoq;, decus fœminarum Amalaſuntha, cujus animum non arma, non aſtutiæ inimicorum fregerunt, beneficia tua exitio dederunt. Theudatus erat, quem judicio convictum & inique rapta reſtituere juſſum, dimiſerat, & ad bonam frugem rediturum ſperaverat Amalaſuntha. Addit clementiæ munus incomparabile; mortuoque Atalaricho filio ſucceſſorem deſtinat. Ita & macula prioris judicii eluetur, inquiebat; & Theuderici nomen, cui ſanguine proximus es, in te honorabitur. Sed jurejurando ſanctiſſimo confirmabis mihi, te

con-

Digitized by Google

contentum imperii nomine, nihil de ea, quam hactenus tenui, potentia diminuturum eſſe. Jurat conceptiſſimis verbis Theudatus, qui nihil magis interim animo, quàm iniquam ex priori offenſione iracundiam flagitioſa perfidia ulciſci, agitavit. Statim enim, ut adeptus eſt, quæ concupiverat, cuncta promiſſis contraria facit: Amalaſuntham carcere primum concludit, mox interficit. Acceſſit non minus ſcelus, ſceleris diſſimulatio: quaſi nolente ipſo, adeo non probante, peracta cædes foret. *Procopium* adi, diligenter iſta memorantem. Quid hîc objicient Amalaſunthæ, ingratorum patroni? *Prudentius*, dicent, *eligere debuit, cui beneficium daret, non debuit ſalutem ſuam homini, quem offenſum ſciebat, committere.* Non minus flagellant Theudati facinus, quàm virtutem Amalaſunthæ laudant, qui ita cavillantur. *lib.1.Goth.*

Quare nec inventus eſt olim tam improbus cauſſidicus, qui vel fictæ controverſiæ hunc colorem inducere auderet. *Quintilianus* certe cum in actione *ingrati*, annotat, *unde moveri poſſint juris cavillationes*, hæc tantum ponit: *an is, cum quo agitur, acceperit beneficium: quod raro negandum eſt. Ingratus eſt enim, qui negat. An, quantum acceperit, reddiderit: an protinus, qui non reddiderit, ingratus ſit; an potuerit reddere: an id quod exigebatur, debuerit: quo animo ſit.* Nemo tam impudens fuit, qui inſultaret caſibus humanis, & diceret: collocaſti ſane beneficium, ſed apud offenſum. Iterum inſurgent: *fruſtra quidem in foro tália expectari, quæ* *lib.7.inſtit. orat.4.*



Digitized by Google

*rei cauſſam inviſam, actoris honeſtam facerent. Sed in animis omnium, non tam certum tribunal inſidentium, quàm in toto orbe mores humanos arbitrantium, prudentiam ejus deſiderari poſſe ac ſolere, qui ingratos nec immerito ſuſpectos beneficio affecerit.* Triſtem de mortalitate ſententiam ferunt, qui ita judicant: neq; ratione arguunt humanos errores, ſed, ut dixi, caſibus humanis inſultant. Quibus occinenda eſt gravis apologia *Gregorii Nazianzeni*: cui & ipſi temere exprobratum eſt, quod Maximum (hic ut Judas à præceptore deficiens, ex intimo amico acerbiſſimus hoſtis factus erat) laudaſſet, provexiſſet, beneficiis ſuis dignum judicaſſet. *Si ego*, inquit, *benignus in illum, ideo accuſor, quod pravitatem ejus non prævidi, quid tandem hominis fuerit, qui pro benignitate, quam expertus eſt, maximâ, inſidias in me inſtruit? neq; enim prævidiſſe improbitatem, crimen habet (ſolus id DEVS poteſt) & nobis inſuper lex præcipit, omnibus miſericordiam exhibere, & patria benevolentia religionis ſocios ſuſcipere. Eum qui venit ad me, inquit Chriſtus, non ejiciam foras. Magna res mihi videbatur, Maximus à Græcorum ſuperſtitione ereptus & ſacro lavacro tinctus, & loco Herculis, Trinitatis cultum profeſſus. Magna mihi res erat, homo virtutem capeſſens. Etſi enim poſtrema ſatis oſtenderunt, nihil etiam in primis ſinceri fuiſſe: nobis tamen non licet iſta explorare. Non cogitationibus intervenimus, non futura, niſi Deo revelationem gratificante, ſcimus. Nam nos quidem faciem videmus: animum Deus introſpicit.*

*apud Gregor. Presbyt. in Vit.*

Pia

Pia oratio, cujus vim & ipſe complectitur, poſtquam exprobrantes introduxiſſet:

τί οὖν; οὐ τοῦτον οὐ χθὲς εἶχες ἐν φίλοις;
καὶ τῶν μεγίστων ἠξίους ἐγκωμίων;

*Quid igitur? annon heri in amicis hunc habebas? annon ſummis eum dignabare laudibus?* In reſponſione tum multa præclare, tum illud:

Tom. 2. in Vit. p. 15. & 16.

Πιστοῦ γὰρ ἀνδρὸς οὐδὲν εὐπειθέστερον,
πρὸς εὐλάβειαν ῥᾳδίως ὁρμωμένου
ἢ οὖσαν, ἢ δοκοῦσαν. ὢ χρηστοῦ πάθους.

*Viro fideli nihil ad habendam fidem facilius eſt, qui ad pietatem & probitatem, quæ vel eſt in aliis, vel eſſe videtur, ſtatim adjungi cupit, ô vitium probum!* Et ſubinde:

Εἰ τοῦτο δεινὸν, οἶδα πολλὰ πολλάκις
τοιαῦθ᾽ ἁμαρτών. ἀλλὰ συγγνώσεσθέ μοι
Ἄνδρες δικασταὶ τῆς καλῆς ἁμαρτίας.
ἦν μὲν κάκιστος, ἀλλ᾽ ἐτίμων ὡς καλόν.

*Si peccatum hoc eſt, multa memini talia me peccaviſſe. Sed ignoſcetis, Judices, tam præclaro peccato meo. Erat quidem ille peſſimus; ſed colebam eum pro bono.*

Ceterum, cum ingrati animi vitium per omnem vitam late pateat, inſignioris tamen notæ hoc crimen eſt, quando in patriam, parentes, & qui loco parentum ſunt, præceptores, patronos, hoſpites committitur. Quo enim ſanctioribus humanæ ſocietatis vinculis, hæc nomina deſtinantur, eo fœdius ea violari, in aperto eſt. Et de gratia quidem patriæ debita, aut iis, in quos ſe patria convertit, Principibus, luculenti in multas fori actiones transferun-

tur

Digitized by Google

tur loci: graviusque fere, quæ hic peccantur, appellari ſolent. neque tam facile eſt (ut hoc unicum annotemus) invicem patriam & Principes, ingrati arguere. Quod probe intellexit

*lib. 5. cap. 3.* *Valerius Maximus* in iſtis: *Ceterum ut ſenatus populiq; mens in modum ſubitæ tempeſtatis concitata, leni querela proſequenda eſt: ita ſingulorum ingrata facta liberiore indignatione proſcindenda ſunt.* Factione ſenatus Romulus, tribunitiis furoribus reliqui, quos ibi refert, conciderunt. Miſerandum inter hæc turbamenta publici decoris, Reipublicæ nomen, ſui parum compotis. Multo minus ferendum eſt, ſi falſis rumoribus Principum fama aſpergitur. Quibus non de-

*lib. 5. cap. 3.* buit moveri *Baptiſta Fulgoſius*, ut actionem ingrati adverſus Juſtinianum Imperatorem inſtrueret, quod Beliſarium poſt ingentia merita, erutis oculis ſtipem mendicare coëgerit. Quam rem alii ad exempla vertentis fortunæ maluerunt referre. Sed quo auctore

*Chil. 3.* iſta jactantur? *Ioannem Tzezem* fruſtra nominabis. Nam is non tacuit aliorum hiſtoricorum monumenta, negantium, id Beliſario accidiſſe. ſicut jam monuit *Nicolaus Alemannus*, *in no-*

*p. 10. adde 85. & 86. & Procop. bell. Perſ. 1. f.* *tis hiſtoricis ad Procopii* ἀνέκδοτα. *Idem*, qui Joannis Cappadocis Patricii Exconſulis caſum ejus generis ſuggerit, unde nata haud dubie fabularum architectis occaſio omnia permiſcendi. Id quod *Petro Crinito*, & *Raphaëli Volaterrano* per eſt familiare. Sed libros tot jam cenſuris confoſſos, totque mendaciorum convictos, mirum ſit, ſi quis hodie ſecuro animo

velit

Digitized by Google

velit ſequi. Verum, poſt *Giphanium*, & alios, n. lumus actum agere.

Demenda eſt potius injuria venerando nomini *Friderici II. Imperatoris* aſperſa apud *Fulgoſium:* ubi reus ingrati erga Honorium ceterosq; Pontifices & Eccleſiam Romanam animi agitur optimus Princeps. Intolerabilis eſt inſolentiæ, muneris Pontificii facere Imperium: quod Friderico Principum auctoritas rite detulerat; ita ut ſolennem cærimoniam Romanæ coronationis Pontifex ſine flagitio denegare non poſſet. Neque ulla in Eccleſiam & Eccleſiaſticos injuria à Friderico orta eſt: Sed Pontificeś, benignitatem Imperatoris ſingularem erga Eccleſiam, ingratiſſimo ferentes animo, modo Epiſcopos in eum extimularunt, modo turbas & rebelliones undique concitarunt, ut redigerent in ordinem, quem revereri, & obſequio demereri divina humanaque lege tenebantur. Scilicet *hujus Imperatoris potentia, vires, prudentia, magnitudo animi, rerum bellicarum peritia, formidoloſa fuere Romano ſacerdotum ſenatui.* Ut recte judicat *Aventinus*; additque: *Viſum eſt flaminibus Romanenſibus Imperium Germanum magis florere, quàm ipſis utile foret. Placuit id contundere, atq; diſcordia non ſolum debilitare; ſed in cineres quoq; atq; favillas redigere, & Fridericum huncce à faſtigio rerum humanarum deturbare.* Hæc Innocentio, hæc Honorio & Gregorio mens. Egit bonam cauſam non ſegniter *Petrus de Vineis.*

lib. 5. cap. 3.

at.

lib. 7. p. 535.



Digitized by Google

De ingratis erga Parentes liberis divinæ humanæque literæ ampliſſime decernunt: nobilisque extat legislatio *Imperatoris Juſtiniani*; quam interpretationes ex omni æquitate undique repetitæ ſupplent. Hujus loci eſt etiam officium τοῦ ἀντιπελαργεῖν ſive τῆς ἀντιπελαργώσεως ſeu mutuam alimentorum & ſuſtentationis vicem exhibendi parentibus; divina lege præceptum: quo, juxta interpretes Hebræos filius tenebatur, *ut cibum & potum parenti ſubminiſtraret, uti & veſtitum; ex eo ſcilicet, quod Patris eſt, ſeu ex bonis paternis: quibus ſi careret, cogendus erat filius, ſi ipſi bona eſſent, ut utrumque aleret parentem, in quantum poſſet.* Cui tamen ſanctiſſimo, & quod juri divino reſpondet, officio derogatum voluit gloſſa Phariſaica, in quam invehitur Chriſtus *Matth.* 15, 5. *Marc.* 7, 11. Ad quem locum explicandum pertinebunt, quæ annotarunt præclariſſimi Viri, *Dilherrus diſput. tom.* 2. *diſp.* 3. *q.* 5. & *Seldenus de J. N. & G. juxta diſciplinam Hebræorum*, VII, 2. Solonis lege, *qui non alerent parentes, infamia notabantur.* Apud *M. Senecam* annotatur lex: *Liberi parentes alant, aut vinciantur. Demetrius Triclinius ad Sophoclis Electram*: πάντων γὰρ τῶν νομίμων καὶ δικαίων τοῦθ᾽ ἓν κρεῖττον καὶ μέγιστον παρὰ πάντων ἀνακηρύττεται, φροντίδα ποιεῖσθαι παιδός. ὁ Θεὸς ἀποδέχεται καὶ εὐσεβὲς λογίζεται. *Inter omnia jure & legibus conſtituta, unum ab omnibus optimum & maximum celebratur, patris curam gerere. DEUS hoc ſuſcipit, & pium judicat.*

*Novel.* 115. *c.* 3.

*Diog. Laert. in Sol.*

*lib.* 1. *controv.* 1 & 7.

Præ-

Præceptoribus non multum infra parentes deberi, nemo fuit bonus vnquam, aut non barbarus, qui negaret. Magnificâ prorſus, & in primis morata commendatione *Iulianus* effert beneficium Euſebiæ Imperatricis, à qua libros Philoſophorum, Hiſtoricorum, Oratorum, Poëtarum acceperat, id eſt, verum ad prudentiam & virtutem comparandam præſidium: omniſque humanitatis expertem cenſet, qui non cupiat gratiam referri tanti muneris auctori. Quanto autem plus debetur gratiæ ei, qui non libros, ſed librorum intellectum vſumque præmonſtrat, id eſt, fido præceptori? Sed hoc vinculo facile ſe ingrati expediunt ſcilicet. Quid enim? adoleſcens debui, inquiunt, quod debere deſii, poſtquam eo loco conſtitutus ſum, vt præceptorem meum queam deſpicere. Tum: Operæ pretium ei numeravi. quid poteſt à me deſiderare amplius? Puto non defuturos, qui per magnitudinem animi nihil deſiderent amplius: præclare imo ſecum agi putent, ſi non experiantur hoſtes, quos educarunt diſcipulos. Sed quâ auctoritate poſſit fieri, vt lex æterna habeatur pro temporaria, & breui circumſcribatur tempore pietas, cuius cauſa perpetua eſt, parum in expedito eſt. Reſpondeat his hominibus *Seneca*, felix cetera, niſi diſcipulum habuiſſet Neronem. *Iſto modo*, inquit, *ne medico quidquam debere te, niſi mercedulam dices: nec præceptori, quia aliquid numeraueris. atqui omnium horum apud nos magna caritas, magna reuerentia eſt. --- Quid ergo? quare & medico &*

*orat. 2.*

*6. de benef. 15.*

 *præ-*

Digitized by Google

*præceptori plus quiddam debeo, nec adverſus illos mercede defungor? Quia ex medico & præceptore in amicum tranſeunt, & nos non arte, quam vendunt, obligant, ſed benigna, & familiari voluntate.* Oſtendit deinde ſolicitudinem & vnicum affectum medici, ægro ſuo timentis: ad exemplum Philippi apud *Curtium*: longe diſſimilis ſcilicet, alterius, quo *Pyrrhus* vtebatur, venefici Timocharis; aut impoſtorum, quos iterum deſcribit *Seneca*: *Multi quos auxerant morbos, & incitauerant, vt maiore gloria ſanarent, non potuerunt diſcutere, aut cum magna miſerorum vexatione vicerunt.* Progreſſus à medico, ad præceptorem, hic quoque diſtinguit vulgarem præceptoris operam & ſingularem ac familiarem. *Ne præceptorem quidem,* inquit, *habeo, cur venerer, ſi me in grege diſcipulorum habuit; ſi non putauit dignum propria & peculiari cura, ſi nunquam in me direxit animam: & cum in medium effunderet, quæ ſciebat, non didici, ſed excepi.* Hæc ſi exigentur ad normam ſanctioris philoſophiæ, non ſuſtinent cenſuram cordati judicis: niſi comparandi meriti cauſa, non diſſoluendi, dicta acceperis. Sequitur enim de peculiari opera: *Alter* (præceptor) *rurſus in docendo, & laborem & tædium tulit, præter illa quæ à præcipientibus in commune dicuntur, aliqua inſtillavit ac tradidit, hortando bonam indolem erexit, & modo laudibus fecit animum, modo admonitionibus diſcuſſit deſidiam. Tum ingenium latens, & pigrum, injecta (ut ita dicam) manu, extraxit: nec quæ ſciebat, maligne diſpenſavit, quo diutius eſſet neceſſarius,*

Lib. 3. c. 6. vid. Val. Max. 9. 5. 2. Gell. 3, 8.

6. benef. 36.

8. benef. 16.

*ſarius, ſed cupiit, ſi poſſet, univerſa transfundere. Ingratus ſum, niſi illum inter gratiſſimas neceſſitudines diligo.* Adiicit plura in hanc ſententiam: quæ ſurdis plerumque auribus occinuntur.

Patronorum officia, etiam in foro, gratum repoſcunt animum, non tantum, ubi gratuita ſunt, ſicut apud Romanos quodam tempore; *Tac. 11. A. 6.* ſed etiam, ubi emolumentis æſtimantur: ſi patronus, non ſuo quæſtui inhiavit, ſed meis commodis proſpexit; ad inimicorum inſidias occurrit, excubavit, timuit; nihil diligentiæ, & amoris pro cauſa reliquum fecit, id eſt, ſi amicum ſe præſtitit. Quare ingrati merito apud omnem poſteritatem reus eſt Popilius Ciceronis interfector. Controverſiam ita proponit *M. Seneca*: *Popilium parricidii reum Cicero defendit: abſolutus eſt. proſcriptum Ciceronem ab Antonio miſſus occidit Popilius, & caput ejus ad Antonium retulit, accuſatur de moribus.* *lib. 3. controv. 17.* tanquam ingratus ſcilicet. id quod amplius interpretatur *Valerius Maximus*, facundâ commemoratione ſceleris, quam ita claudit: *5. 3. 4.* *Invalidæ ad hoc monſtrum ſugillandum literæ: quoniam qui talem Ciceronis caſum ſatis digne deplorare poſſit; alius Cicero non extat.* *Capitonis* apud *Senecam* iſta eſt oratio: *Deduxi ad vos reum omnium, quos terra ſuſtinet, nocentiſſimum, ingratum, impium, percuſſorem, bis parricidam: nec tamen timeo. patroni viderint. nemo à Popilio quidem, niſi poſt beneficium occiditur.* *Conf. Val. Max. & M. Senec.* Quod defenderit Cicero hunc Popilium, ex hiſtoria deſumptum

 eſt:

Digitized by Google

eſt: quod in cauſa parricidii defenderit, ab ingenio declamatorum eſt, qui nocentiorem voluerunt reum facere, & occaſionem ſententiis ac figuris quærere. Etiamſi autem in privato judicio defenſus ſit, ingrati animi crimen ac invidia non ſimplex in reum incumbit. *Naturale eſt* enim, *ut quod in nullo patrono oportuit, indignius ſit factum in Ciceronem patronum*, quæ *Latronis* eſt ſententia. De manumiſſorum & libertorum grato ingratove in patronos animo ejuſque pœna, jure civili Romano Græcoque abunde decretum eſt. Patrocinii nobilioris genus, quod Romæ inſtituit Romulus, partim lege publica, partim pactione privata, partim moribus & inſtitutis continebatur: denique mercenaria res tota facta eſt, & ex formula conuentionis judicanda. Sicut autem ſancta inprimis Patroni & clientis antiquitus nomina ſunt: ita haud dubie inviſum fuit & animadvertendum crimen, *cliens ingratus*. Atque ſi LL.XII. Tab. proditum fuit, *Patronus, ſi clienti fraudem fecerit, ſacer eſto*: non immerito credas, clientis quoque in patronum fraudem, ſevera lege vindicatam eſſe. Quanquam clientium infirmitas, ab injuria potentiorum, per illam legem vindicata, non æque ad nocendum efficax æſtimari poteſt. Sed in hoc genere neceſſitudinis, cum beneficium & obſervantia utramque paginam faciant, de quibus in vicem pugnabant veteres, proditæ non reperiuntur in judicio querelæ. Ingrati ſcilicet querela ad beneficii auctorem ſpectat, ac ejus nomine

*Serv. ad 6, Aen.*

inſtitu-

Digitized by Google

inſtituitur: aggrauaturque, ſi is pater aut præceptor, aut patronus, aut hoſpes fuerit.

Nam & hoſpitii ſanctimoniam, non virtus modo & humanitas, ut hodie, ſed jura etiam & leges definiebant. Omni autem lege fortius ſacravit jura hoſpitii Philippi Macedoniæ Regis ſeueritas: *qui improbiſſimo militi, ingratiſſimo hoſpiti, avidiſſimo naufrago, ſtigmata inſcripſit, ingratum hoſpitem teſtantia.* quaſi diceret, interprete *Seneca.* Æquum eſt, *intra fines regni mei, te literas iſtas oculis inſcribendas, duriſſima fronte circumferre; oſtende, quam ſacra res ſit menſa hoſpitalis: præbe in facie tua legendum iſtud decretum. -- -- Magis iſta conſtitutio ſic erit rata, quam ſi illam in æs incidiſſem.* *4. de benef. 38.*

Et ſi quidem lex adverſus ingratos in aliqua civitate ferenda ſit, nemo ſuaſerit, dubia aut incerta comprehendi. Nemo poſtulabitur ingrati, qui nondum reddidit beneficium; qui minore menſura reddidit; qui non reddidit ei, de quo dubitari poteſt, an dederit beneficium. In confeſſo ſint merita oportet: in confeſſo crimen ingrati animi. Quod cum multiplex ſit, duabus tamen præcipue rebus cernitur: vel cum diſſimulatur & negatur beneficium; vel cum bene meritus dictis factiſque læditur. Illud prius genus ingratorum, crebrum & frequens; hoc poſterius, tanquam ferinæ cujuſdam & inhumanæ pravitatis, rarius exiſtimavit *Julianus.* cujus ſententiam exempla noviſſimi temporis non affirmant, legiſlatorem autem potius monent, ut increſcentibus vitiis *orat. 3. p. 191.*

modum ſtatuat. Præcipua ſcilicet legis condendæ induſtria in eo verſabitur, ut ii coërceantur, qui homines de ſe ſine controverſia bene meritos, calumniis, maledictis, injuriis, molitionibus inimicis ac hoſtilibus violant. De quibus Carolus Paſchalius in *cenſura animi ingrati* (*cap.*29.) in hunc modum diſſerit: *Inſigniter ingratus is eſt, quem non modo tibi beneficio non adiunxiſti, nec ſolum pro benefactis gratiam non reddit, ſed maledicta, eaque inſuper malefactis cumulat. Cui plus debet, hunc magis odit, ex obligato ac debitore fit inimicus, nunquam non periniquus, irarum, minarum, vltionis plenus. Hoc deterrimum genus hominum, è quibus nihil niſi meſſem mali metere licet, quidam aſſimilant arieti, qui altorem ſuum ſæpe cornibus incurſat. Ego potius talem dixerim eſſe lupum illum, de quo extat Græcum epigramma,* τ̀ λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω. — — *Hoc genus ingratorum notat Sapiens hiſce verbis*: *Qui*, inquit, *reddit mala pro bonis, non recedit malum de domo ejus.* In diſſimulatoribus & inficiatoribus beneficiorum, relinquantur, puto, ſuis moribus, qui de beneficio accepto, non ſatis evidenter poſſunt convinci. Sed qui indubitabilibus ſunt beneficiis affecti, ope adiuti, liberalitate ſublevati, doctrina eruditi, cura educati; hi, ſi inhumanâ impudentiâ velint inficiari merita, & quod plerumque ſequitur, maleficii ſui turpitudinem minuere; illi malo domandi fuerint.

In utroque hoc genere eminent flagitii atrocitate, quibus *beneficia eo uſque læta ſunt, dum*

viden-

Digitized by Google

*videntur exſolvi poſſe; ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.* Ex odio injuria; ex injuria novum odium. *Proprium* enim *humani ingenij eſt, odiſſe quem læſeris. Hoc habent peſſimum animi magna fortuna inſolentes; quos læſerunt, & oderunt.* Et deſcripſit quidem ingratorum ingenia moreſque, turpitudiniſque tantæ notas & inſignia in literas miſit, eademque opera quaſi ſuaſoriam legis adverſus ingratos concinnavit doctiſſimus vir *Lilius Greg. Gyraldus*; omiſit autem, ſive reperiri non credidit, peſſimum genus ingratorum, qui cum inficiari non poſſint manifeſta hominum de ipſis præclare meritorum beneficia, quorum tamen hoſtili interim odio flagrant, invertere totam cauſſam, & à ſenſu horribilis fallaciæ avertere mentes aliorum conantur, ementiendo ſine nomine & ex longinquo beneficia, velut in eos collata, erga quorum veriſſima beneficia ſe ingratos præbent, cum tamen nec voluerint, nec potuerint facere quod jactant, manifeſtaque rerum fide & invictis argumentis mendacii ac vanitatis argui poſſint. Interea apud homines rei totius ignaros, famam ingrati animi, cujus ſibi conſcii ſunt, obliterare, atque ultro querelam illam ſerere ſtudent, quam adverſus ovem in fabulis lupus orditur. Cæterum inauditæ malitiæ fraudem, operæ pretium eſt victuris chartis deteſtari peculiari cura, qua Charites ornabuntur.

*Tac. 4. A. 18.*

*Tac. Agr. 42.*

*Sen. 2. de Ir. 33.*

*Paraneſ. adverſ. ingratos, tom. 2. oper.*

Quin autem manifeſta ejuſmodi & nefaria ingrati animi crimina, lege deſcribi atque coërceri



Digitized by Google

erceri queant, quid relinqui dubitationis poteſt? quod in liberis *Juſtinianus Imperator*, quem antelaudauimus, in exemplum prudenter graviterque perfecit. Pœna, ut ſtatuatur more Perſarum in ingratos, multas ob cauſſas, nemo ſuaſerit. neque antiqui, uſquequaque probarunt. *Ammiani Marcellini* notus eſt locus; *Leges apud Perſas impendio formidatæ. inter quas diritate exſuperant, latæ contra ingratos, & deſertores.* Ignominiam ſtatuere notabilem, loco pœnæ, conſultius eſt: ad quam delendam expiationibus quibuſdam locus non præcludendus eſſet.

lib. 23. c. 31.

At, inquis, quin ferre adverſus ingratos leges poſſint, penes quos condendi juris poteſtas eſt, nemo abnuat. An autem conſultum ſit hoc facere, non æque in expedito eſt. Nos illam diſputationem nunc ingredi non conſtituimus, niſi quod ex allatis haud pauca huc faciunt. Sunt exempla graviſſimarum nationum: eſt ratio ſumma in rei utilitate, ad finem publicæ felicitatis conſequendum neceſſaria; cum non minus ingrati animi vitium omnes morum labes continere aut trahere credatur, quàm gratus animum omnium virtutum proventu ac neceſſitudine celebratur: eſt increſcens hoc aut illo ævo hominum pravitas, & ingratorum multitudo; qui in aliis diſcunt & experiuntur, quod paulo poſt adverſus patriam exerceant: Sunt alia momenta, quæ tempus, locus, & componendæ diſciplinæ publicæ ratio ſuppeditare ſolet.



Digitized by Google

*Seneca* rationibus pleriſque jam reſponſum eſt, nec multum proficit ſolicita illa *beneficij* & *debiti* diſtinctio. Quaſi minus debeantur, quæ ex lege naturæ, & ſumma juſtitiæ ratione, etiam extra civilem formulam, debentur; quàm ea, quæ civilibus decretis ſanciuntur. Ut taceam, illam ſententiam ad eos tantum ingratos pertinere, à quibus repoſcitur beneficium; ſive qui reddendi beneficii cauſſa appellantur: cum potior de iis quæſtio ſit, qui pro bona gratia malam reddiderunt, beneficiumque maleficio rependerunt. Sed nec illa Stoicorum jactantia apud legislatoris aures tempeſtive promulgatur, quâ altiora ſubinde conſilia, neque ex virtutum regulis, ſed inſtituto quodam gloriæ extra ordinem petendæ, æſtimanda, in ore habent. Sicut autem, injurias etiam maximas, ex propoſito quodam ſublimiore, tolerare, nemo vetatur: ita ut hoc faciat quiſquam, nullus legislator, nullus judex, quorum munus ſanctiſſimum in prohibenda & punienda injuriâ præcipue verſatur, præcipere ſolent.

Denique *Seneca* de pœna ingrati diſputans, 3.
*Quid ergo? inquit, impunitus erit ingratus?* Mox *de benef.17.*
decernit ei pœnam, *odium publicum,* ſuppliciorum grauiſſimum; *iram deorum, tormenta conſcientiæ, triſtem & moroſam vitam*: cum ex diverſo *gratus* homo æquali perpetuaque voluptate fruatur. *Comparari autem poteſt* (ita pergit) *vtriuſq; vita. cum alter triſtis ſit & ſolicitus, qualis eſſe inficiator ac fraudulentus ſolet; apud quem non parentum qui debet, honor eſt, non educatoris,*

 *toris,*

*toris, non præceptorum: alter lætus, hilaris, occaſionem referendæ gratiæ expectans, & ex hoc ipſo affectu gaudium grande præcipiens; nec quærens quomodo decoquat, ſed quemadmodum plenius uberiuſque reſpondeat, non ſolum parentibus & amicis, ſed humilioribus quoque perſonis.* Et jam antea de
3. benef. 6. crimine ingrati dixerat: *neq; abſolvimus illud, ſed --- --- tantum odio damnavimus, & inter ea reliquimus, quæ ad judices Deos mittimus.* Imi-
I. B. 2, 20, 20. tatur *Grotius* hanc ſententiam, cum *talia peccata DEO vult punienda relinqui, qui & ad ea noſcenda eſt ſapientiſſimus, & ad expendenda æquiſſimus, & ad vindicanda potentiſſimus.* Loquitur *Grotius* de peccatis, *quæ nec directe nec indirecte ſpectant ad ſocietatem humanam, aut ad hominem alterum.* Tale autem peccatum eſſe ingrati animi vitium, in manifeſtis illis & enormibus ſpeciminibus, quæ ante deſignavimus, concedi nec poteſt nec debet. quod & *Feldeno* obſervatum. Itaque crimina ingrati animi, quatenus incertam æſtimationem habent, lege non coërcentur: quando autem clara ſunt & indubia, in libertis, in liberis, etiam jus Romanum punivit. cum id, reipublicæ interſit, & ad ſalutem civitatis pertineat. Quare &
Strictur. ad cenſur. Feld. l. 3. *Graſwinckelius*, Grotii mentem ita explicat, ut omiſſionem gratiæ, *non offenſionem aut læſionem* intelligamus. additque: *Gratitudo adverſus parentes ac patronos etiam cogi poteſt. non enim in arbitrio liberorum & libertorum eſt, gratum eſſe, ſicut aliorum quorumlibet.* Quæ poſtrema verba, comparationem habere poſſunt, ſen-

tentiam

tentiam abſolutam tueri non poſſunt, neque enim, accurate loquendo, dixeris: cujuſquam arbitrio relinqui, gratus velit eſſe, an ingratus. Si itaque *Grotius* dixerit, in ſuſcipiendo bello non temere ſuadendum eſſe, ut adverſus ingratos ſuſcipiatur, ſi nulla alia cauſſa acceſſerit, reprehendi non debet voluntas, reſtringere bellandi licentiam conantis. Sicut nemo facile judicaverit: hic populus adverſus libertatis ſuæ auctores & defenſores cornua erigit, inſolentemque ſe & ingratum præbet, ergo armis petendus & ad officium redigendus eſt. Verum, ſi injuriæ aliæ manifeſtæ; quæ bello juſtam cauſſam dant, acceſſerunt, ingrati animi vitium in ſuaſoriis rationibus ad bellum impellere poteſt tam indigne læſos.

Qui interim legis judiciſque beneficio tueri ſe ab ingratis nequeunt, & ad Dei tribunal, ut ante dictum eſt, remittuntur, illi & ipſi, non tam vindictæ ſtudio, quàm fiduciâ auxilii, pietatis memores, ac inter hoſtiles ingratorum inſultus, caritatis non obliti, ita ſuam cauſam cupiunt agere, ut emendari ingratos non everti deſiderent. Sciunt quæ ingratos pœnæ apud *Prophetam* inevitabili oraculo denuntiantem maneant: ſed mallent illas deprecari, quàm imprecari. Igitur intra hos limites oratio eorum decurrit: Vides, Optime Maxime Deus, qui ingratos odio & pœnâ damnâſti, gratos præmiis promiſſiſque incitaſti, nos hoſtilibus inſidiis peti ab iis, quos aluimus, quos educavimus, neque furoris adverſum nos ſummi

*Pſ. 41. & 55. & 109.*

quic-

quicquam reliquum fieri; vides noſtra beneficia immanibus maleficiis rependi. Non ignoras, qui omnia ſcis, quotiens & quantum ignoverimus: candidaque & ſimplici mente, erroribus humanis, quæ, ut res docuit, inhumanæ pravitatis erant, tribuerimus. Sed in læſam totiens patientiam, furor inſurrexit ſemper acrior: neque aliud quàm interitum eorum ſperavit, qui tuâ hactenus ſuſtentante dexterâ ſteterunt. Conſerva nobis tua munera, DEUS Optime: reſiſte occultis inſidiis, retunde apertas molitiones, diſſipa conatus, objurga bella nullos habitura triumphos. Fac ut ad ſe, & ad te redeant, qui hominem exuerunt, & tua præcepta conculcarunt. Nos ad veniam dandam ſemper erimus parati. en gregem noſtrum, qui ſe tibi in clientelam & fidem tradidit! hunccine tu, Patronorum Maxime, calumniis inquinari, odiis oppugnari, injuriis affligi, vivus videnſque (vivens in perpetuum, videns omnia) patieris? *Fac mecum ſignum in bonum; ut videant, qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu, Domine, adjuviſti me & conſolatus es me.* Pſal. 86, 17. Hujuſmodi preces non magis poſſunt vanæ eſſe, quam certum fixumque eſt; DEUM eſſe, fuiſſe, futurum eſſe gratorum patronum, ingratorum vindicem, qui ſuo digito ſcripſit legem, *Ingrati ſit actio.*

DISSER-

# DISSERTATIO IV.

# MILES CAPTIVUS.

## *ad H. Grotii lib.* 3, 14.

CApiuntur bello homines, omnis ætas, omnis ſexus; urbes, ciuitates, omne rerum ac poſſeſſionum genus: jura quoque eripiuntur: quicquid denique ex hoſtico petunt bellantes, captivitatis ſubire conditionem ea cuncta dicuntur. Sed nobis nec de re omni bello capta, nec de omnibus hominibus in poteſtatem hoſtium redactis, ſermo erit. Solus enim *Miles captivus* in argumentum hujus diſſertationis veniet.

*Miles, quive pro milite*, vel ſacramento rogatus plenamque militiam habens, vel conjuratione aut evocatione, ad militandi munus auctoratus, intelligitur; quocunque militiæ gradu aut ordine, manipularis ſive gregarius, centurio, tribunus, præfectus, Dux, Imperator. Varia enim genera hîc enarrari nihil attinet, aut moribus temporum ac nationum deſcribi. cum non aliud jam ſpectatur, quàm *munus militandi*, ſive operam bello navandi. quod quidem præcipue *obligatione* metiri fas eſt: ſi non ſolenni ſemper, & in ſacramenti formulam redactâ; conciſius tamen & in vicem adhibitâ, aut, ex naturâ rei, ſubintellectâ. Neque enim dubitandum eſt, quin voluntarius hodie miles, una cum auctoratis militans, fidem certe ibi obligatam habeat, unde ſtat; eodemque

jure,

Digitized by Google

jure, quo reliqui ex adverſo conſtituti, capi poſſe cenſeatur. Id quod exemplo *vexillariorum* apud Romanos declarari poteſt. *Retinebantur* illi *ſub vexillo, ceterorum immunes, niſi propulſandi hoſtis*, verbis *Taciti*. Sed ab hoſte non minus capiebantur, quam ceteri. Voluntarium *militem* dixi. nam ſi quis, aliarum rerum cauſſa in exercitu verſetur, neque pugnet; ab eo jus belli abſtineri, humanius & æquius eſt. Cumque feminam à rigore juris bellici ſublevare in multis ſexus debeat, æqualem tamen cum viris ſortem ultro ſubeunt feminæ militantes, ſicut Amazonum exempla, & ſi quæ hujus generis occurrunt, oſtenderint.

I. A. 36.

Non parum autem refert, quo modo in manus hoſtium perveniat *Captivus* noſter, & quæ ſit apud hoſtes ejus conditio: ſed nos unũ nunc ſpectabimus, ad quod reliqua congruent; *quo loco apud ſuos ſit miles captivus aut eſſe debeat, quotiens de eo redimendo, aut de redempto, receptove, in republica conſultatur ac ſententia dicitur.*

Cujus loci triplex eſt ratio: *una*, quæ favorem negotio conciliat; *altera*, quæ odium, *tertia*, ambiguam æſtimationem habet, neque ſemper eodem modo expeditur.

Quæ *favorem* captivis militibus conciliant, paulo altius repetenda ſunt. Præter neceſſitatem ergo & præſtantiam operæ militaris, qua reſpublica carere nequit (*quippe rei militaris virtus præſtat ceteris omnibus; omniaque latent in tutela ac præſidio bellicæ virtutis*, ut eſt apud *Ciceronem*) illud conſideratu dignum eſt, quod milites

*Orat. pro Murana. cap. 10.*

Digitized by Google

lites in onere totius civitatis ſuſtinent partem maxime arduam & duram. Si enim in ipſa militia, *urbanarum excubiarum* labor haud immerito levior cenſetur, quàm eorum, quibus infeſtas apud gentes *è contubernio hoſtis aſpicitur*: certe onus militibus pro tota civitate impoſitum, non poteſt comparari, cum eorum onere, qui interim pecunia aliiſque pacatioribus modis bellum iuvant, partiendique laboris publici æqualitatem ſupplerè quidem, ſed non æquis paſſibus, contendunt. Quod, ſicut in civibus manifeſtum eſt, ita nec in externo in peregrino, milite neglexit Darius apud *Curtium*. quando non minus Græcos, quàm Perſas, vocat *ſuos milites, ſuam ſecutos fidem*; gravi ratione addita. *quod ſuam ſalutem credant civitati, cui militant*, externi: imo pro civitate illa ſuam ſalutem periculis objectant, id eſt, non faciunt peregrinorum opera, ſed civium; neq; ſuam, ſed civium vicem præliantur. Diminuitur aliquid, fateor, de tam præclara opinione, mercenaria vilitate quorundam: ſed nec ſemper de ſequiore propoſito ſingulorum conſtare poteſt; & hominum vitia ad injuriam rerum valere non debent.

*Tac. I. A. 17.*

*5, 8.*

Intenditur vis hujus argumenti, ſi ille aut illi capti ſunt, quorum virtus ſæpe multis bellis antea ſpectata fuit: aut, quorum neceſſaria reipublicæ opera eſt. Meruiſſet profecto redimi M. Atilius Regulus, poſt ampliſſima virtutis opera edita, *ex victore ſpecioſiſſimo, ad miſerabilem captivi deductus fortunam*: niſi ipſe obi-

*Val. Max. 1, 1, 4. Flor. 2, 2.*

cem

cem poſuiſſet ſuæ liberationi. Licet enim plus fiduciæ, quàm conſilii ad poſtremam illam pugnam attuliſſet, non potuit tamen nec debuiſſet hæc culpa tot illuſtribus meritis opponi. Eſt hujus generis, de captivo rege redimendo, quæſtio: quam inter civium fidem, & totius civitatis incomoda impeditam, magnus animus,qui ſolus capi non poteſt, in Franciſco I. Galliæ Rege aliquo modo explicuit, cū malle ſe captivum mori, carere regno, filioque id relinquere; quàm iniquis legibus oneratum ac diminutum recipere, in cuſtodia Hiſpanica teſtaretur. Imitator ſcilicet gravitatis & conſtantiæ, qua ejusdem gentis Rex Joannes, duobus ſæculis ante, in Anglia captivus, Eduardi victoris regis poſtulata repulerat. In qua hiſtoria etiam illud occurrit, quàm adverſus merita Regis ſui ingrati, & deliberando eo parum ſoliciti fuerint ordines Galliæ. Haud dubie enim durior eſt *Vaſquii* ſententia in *Contr. Illuſtr.* I, 7, 6.

*Bodin. de Rep. 4, 11. & Io. Serranus in Franc. 1. pag. 443. Id. in Ioan. pag. 142. ann. 1357.*

Apud Chriſtianos, captivorum redemptionem inter τὰ τῆς ἀγαπητικῆς συμπαθείας ἀποτελέσματα, *miſericordiæ & dilectionis opera ac ſpecimina,* comendari, ſatis conſtat: ita ut ea de cauſſa etiam ſacris Eccleſiarum theſauris non parcendum, & viri pietate flagrantes, & poſtea leges Eccleſiaſticæ ſtatuerint. Sed, ſi originem rei attendimus, non tam ad milites captos, quàm ad alios, iſta benignitas pertinebat, quod vel *Ambroſii* illa oſtendant, ubi de hac re agit: *Quis eſt tam durus, immitis, ferreus, cui diſ-*

*Theophan. Homil. 19.*

*pliceat,*

Digitized by Google

*placeat, quod homo redimatur à morte, femina ab impuritatibus barbarorum, quæ graviores morte ſunt: adoleſcentulæ, vel pueruli, vel infantes ab idolorum contagiis, quibus mortis metu inquinabantur?* Præcipue autem vincula religionis ergo Chriſtianis injecta, multo honore & cura celebrabantur. Non tamen nihil militibus prodeſſe debet regula caritatis Chriſtianæ, quæ omnium virtutum præceptis pondus adjicit; omnia duriora mitigat, triſtia edulcat.

Verum, cum hodie inter Chriſtianos haud paulo mitior ſit captivorum conditio, neque ſervi fiant, qui in hoſtium poteſtatem veniunt, miſerationis non æque potentia ſunt momenta, ſicut in captivis ſervientibus. niſi quod idem ſentiendum eſt de iis, qui in Turcarum, Tartarorum & ejuſmodi immanium gentium manus perveniunt. quorum conditionem deſcripſit, triſtem tredecim annorum experientiam nactus *Bartholomæus Georgievizius.* neque in hunc diem fere aliquid mutatum apparet. Tractarunt hunc locum abunde, quibus de bello Turcico ſuperioribus ſæculis conſultatio oblata eſt. *ap. Reuſn. in Anti-Turc.*

Apud ipſos utique ethnicos multum miſerationis in captivos trahebat, ipſa ſervitutis miſeria, major minorve, pro dominorum ingenio; ſed nuſpiam ſine ærumna. Ipſa quippe captivitas, fiduciam, ſine qua animus torpet, extinguit. *Alius domi eſt cæli hauſtus, alius lucis adſpectus: mores, ſacra, linguæ commercium, etiam à barbaris expetuntur: quibus qui carere cogitur,* *Curt. 5, 5, 19.*

*tur, calamitoſum ſe judicat.* præſertim cum ſit *capite diminutus, abalienatus jure civium, ſervus hostium* factus, ut apud *Livium* captivitas deſcribitur. Accedunt vincula, quorum & pudet & piget: ſicut *captivi Plautini* oſtendunt, ac dequeruntur tum alias, tum lamentabili illo carmine:

22, 59. Plaut. Captiv. act. 1. ſc. 2. v. 3. act. 2. ſc. 2. v. 4. & 54. ac ſeq.

*--- Fortuna, humana fingit, artatq; ut lubet,*
*Me, qui liber fueram, ſervum fecit; è ſummo, infimum.*
*Qui imperare inſueveram, nunc alterius imperio obſequor.*

act. 3. ſc. 5. v. 66.

Verbera, lapidicinæ, craſſæ compedes, atroces ex levis delicti occaſione pœnæ. Utuntur hoc argumento in Senatu Romano captivi Cannenſes apud *Livium*: *Illud etiam in tali conſilio animadvertendum vobis cenſeam, P. C. ſi tamen duriores eſſe velitis, quod nullo noſtro merito faciatis, cui nos hoſti relicturi ſitis. Pyrrho videlicet, qui nos hoſpitum numero habuit captivos, an barbaro ac Pœno; qui utrum avarior an crudelior ſit, vix exiſtimari poteſt. Si videatis catenas, ſqualorem, deformitatemq; civium veſtrorum, non minus profecto vos ea ſpecies moveat, quàm ſi ex altera parte cernatis ſtratas Cannenſibus campis legiones veſtras.*

lib. 22. c. 59.

Ultimum omnium malorum mors eſt, quæ & ipſa ſæpe captivis imminebat. Quanquam enim durum illud & inſolens,

Senec. Troad. act.

*Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit,*

rectiſſime repudietur meliore ſapientiâ;

*Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor*;

Sæpius tamen fere licentiæ, quàm pudoris meminerunt victores: adeo ut ne regibus quidem captivis

captivis vitam conceſſerint aliquando Roma- *Grot. I. B.*
ni. imo beſtiis objecerint, quod de Conſtan- *3,11,7. add.*
tino memorant. *annot.*

Nonnunquam indignitatem captivitatis au- *Hiſtor.*
get vilitas aut diritas dominorum. Athenien- *miſc. 11,4.*
ſes laudat *Libanius*, quod *ne in theatro quidem &* *Declam. 16.*
*fabulis ferre potuerint, ſi inducerentur Græci à bar-* *apologia*
*baris capti*: μηδὲ τὰ τοιαῦτα τῶν δραμάτων ἀνέ- *Demoſth.*
χεσθαι, ἐν οἷς Ἕλληνες ὑπὸ βαρβάρων ἁλίσκονται.
Utinam hunc ſenſum Deus Chriſtianis inderet, quotiens de captis à Turca, Moſcho, feriſque aliis gentibus cogitatio ſubit. Concurrit enim cum indignitate atrocitas apud bis miſeros: qui & infanda patiuntur, & à barbaris patiuntur. Nec opus eſt ad Jo. Baſilidis im- *Alexand.*
manitatem & vetuſtiora recurrere, niſi ſi pro- *Gaguin.*
piora dememiniſſe quiſquam potuit.

Novum genus miſeriæ, phantaſià παθητικῇ movent Romani ad Cannas captivi, ſi redemtione indigni habeantur: *Si medius fidius ipſe in* *Liv. 22,59.*
*nos mitis Hannibal contra naturam ſuam eſſe velit, nihil tamen nobis vita opus eſſe cenſeamus, cum indigni ut à vobis redimeremur, viſi ſumus.* --- Et: *redeam ego in patriam trecentis numis non æſtimatus civis?* Et mox: *Magis me fama periculum movet, ne à vobis damnati & repulſi habeamur. neque enim vos pretio pepercisse homines credent.*

Hic locus ad aliud nos genus favoris in redimendis captivis militibus deducit: ubi prona ſcilicet ad redimendum via, id eſt, quando & victor redimendi copiam facit, & pretium redemptionis non iniquum ſtatuit. Non de-

fuit ſane ratio, quæ captivis illis Cennenſibus obverteretur, ſicut poſtea cognoſcetur. Eſt tamen de cetero, ubi valide auditur hæc ſuaſoria. Unde plenum invidia & odio habetur Mauritii Imperatoris factum: qui cum Chagano Avarum Duci legiones ſibi, quod ſeditioſius egerant, inviſas ductu Commentioli objeciſſet, captos de iis ad duodecim hominum millia, noluit redimere poſtea, quanquam Chaganus non niſi numum pro ſingulis, atque ubi non impetraret, dimidium numum exigeret. Qua re incitatus barbarus (quod futurum divinari facile poterat) omnes trucidavit. Secuta eſt hanc crudelitatem Mauritii ſera pœnitentia: neque minimum ea res ad exitium ejus momenti credebatur attuliſſe. Memorat *Zonaras* (tom.3.p.63.) & *Hiſtoria Miſcella* (lib.17.c.39.): ne de *Cedreno* & *Nicephoro Calliſto* dicam.

Nunquam autem favor in captivos milites manifeſtior, quàm quotiens bellum conditionibus finitur. ſolennem in legibus pacis locum occupante, captivorum ex utraque parte dimiſſione. Viciſſim valet, ut dixi, iſta facilitas. Unde iniqua viſa eſt conditio & dura, quam Carthaginienſibus Regulus tulit, *ut Romanorum captivos ipſi gratis dimitterent, ſuos autem pretio redimerent*, apud *Dionem Caſſium* (in. Eclog. Legat. Urſin. adde Polyb. 1.). Significabat enim pacem non ex æquo; cum juberentur facere, in quibus Romani non erant mutuum facturi. ἀλλὰ τι τινα οὐκ ἐκ τοῦ ὁμοίου ποιεῖν ἐκελεύοντο. inquit *Hiſtoricus*.

Atque, ut plauſibilior reddatur cauſſa capti-

vorum

vorum militum, producunt exempla civitatum, quæ ad gloriam & utilitatem ſuam pertinere judicaverint, captivis liberandis operam dare. *Libanius*, antiquam de captivis redimendis legem laudat; legatoſque ea de cauſſa ad victores mittere, eſt ei, τῷ παλαιῷ περὶ τὺς αἰχμαλώτυς χρήσαϑαι νόμῳ. Apud *Livium*, qui pro Cannenſibus in captivitate reliquiis loquuntur, *Majores noſtros*, inquiunt, *acceperamus ſe à Gallis auro redemiſſe; & patres noſtros aſperrimos illos ad conditionem pacis, legatos tamen captivorum redimendorum gratia Tarentum miſiſſe.* Hanc legationem optime omnium exequitur *Dionyſius Halicarnaſſenſis*, qui ait, *legatos miſſos* τὺς ἀξιώσοντας Πύῤῥυ ἀπολυτρῶσαι σφίσι τὺς αἰχμαλώτυς, εἴτε ἂν διαλλαξόμενον ἑτέρων σωμάτων, εἴτε ἀργύριον καϑ' ἄνδρα ὁρίσαντα, *poſtulaturos à Pyrrho, ut captivos ſibi redderet, vel pro aliis captivorum corporibus, vel ſtatuto in capita ſingulorum pretio.* Qui duo modi adhuc hodie ſc. in uſu ſunt. pretio in ſummis quidem Ducibus & Principibus varie taxato: in ceteris ex mutua cujuſque populi ratione temperato. Et Pyrrhus quidem ducentos ex captivis ſtatim ſine pretio remiſit, laudante factum *Cicerone*, ut magni excelſique animi ſpecimen (quamquam ſuberat artificium, quod *Florus* bene notat) de ceteris permiſit ad Saturnalia Romam proficiſci, quotquot vellent, unius in ea re Fabricii legati ſecutus fidem, qui redituros, niſi pax interea conveniſſet, promiſerat. Extitit fides promiſſo. reverſique in captivitatem præſtitu-

*Declam.15.* *22,59.* *In Eclog. Legat. ap. Fulv. Urſin. 5.* *Grot.I.B. 3,14,9.* *1.offic.12. & 13.* *2, 18.* *Appian. apud Fulv.*

*Urſin. in Eclog. Leg. 6.* to die ſunt omnes. Neque plane ea gravitate carent juniora tempora. Cum enim anno ſuperioris ſæculi 74. Middelburgum deditum eſſet Orangio, Mondragonii ſola auctoritas, abſque ullis pignoribus aut obſidibus, apud victorem valuit; cum diceret ſe effecturum, ut Aldegundius cum tribus, quos ipſe legiſſet, aliis, ex captivitate in Selandiam ſextum intra menſem remitterentur, aut ſi rem conficere nequiviſſet, in captivitatem rediturum eſſe, *Decad. 1. lib. 8.* quod *Famianus Strada* amplius dilaudat. Sed iſtam de permutandis, aut redimendis captivis deliberationem utrinque memorabilis, & ad reipublicæ tempora fortunamque ſedulo exacta utilitas fere dirigit: honeſtatis ſpecies & magni animi gloria, obtentui aſſumuntur.

Non invidetur interim hæc gloria privatis, ſi velint, civibus quibuſdam ſuis liberatis vel humanitatis officium uſurpare, vel nomen ſibi comparare, aut benevolentiam colligere. Unde Cicero optimatibus viris id factitatum ex *oratione Craſſi* refert, laudatque non ſemel hoc *2. offic. 18.* beneficentiæ genus. *Atq; hac*, inquit, *benignitas etiam reipublicæ utilis eſt, redimi è ſervitute* *tom. 1. Apolog. Demoſth. pag. 450.* *captos.* Et apud *Libanium* inter virorum magnificorum opera, referuntur *αἰχμαλώτων λύσεις*, *captivorum redemptiones.* Apud *Eundem* Demoſthenes de ſua legatione glorians, *alios pecuniam retuliſſe*, ait, *ſe autem undecunq; conquiſitos ſua pecunia, quotquot poſſet, captivos reduxiſſe*, additque: καὶ νῦν οὐκ ἂν ὤκνησα τὸν αὐτὸν τρόπον ἀπαλλάξαι χείρονος τοὺς πολίτας τύχης, εἰ

παρῆν

παρῆν μοι τοσοῦτον ἀργύριον. *Nunc quoq; non omiſiſſem eodem modo cives in meliorem ex adverſa fortunam vindicare, ſi tantum argenti ſuppeteret.* Sumta hæc ſunt *ex oratione* ipſius *Demoſthenis* περὶ παραπρεσβείας. qui locus cum ad noſtram rem haud parum faciat, ut putamus convertendum eſſe, huc afferetur. *Age vero,* inquit Orator, *quos ego captivos redemerim, vobis exponam. Quo tempore, antequam Philippus rediſſet, Pellæ agebamus, captivorum quidam, quotcunq; vades dederant, haud ſane confiſi, ut arbitror, compotes ſe voti per Philippum fore* (abſque pretio ſcilicet multum lucri de tot captivis promittente dimittendos, ut *Ulpianus Rhetor* explicat) *ſe velle ipſos ſibi libertatem parare, neq; ejus rei gratiam Philippo debere, dixerunt: & alius quidem tres minas, alius quinq;, nonnulli rurſus, ut cujuſq; pretium redemtionis finitum erat, fœnerabantur.* ſcilicet ab ipſo Demoſthene. *Poſtquam autem Philippus profeſſus eſt, ſe captivorum reliquos ſine pretio dimiſſurum, ego ſtatim convocatis, qui mutuam à me pecuniam acceperant, quæ inter nos acta eſſent in memoriam revocavi, atq; ne ipſis feſtinatio ſua fraudi fuiſſe, aut hominibus pauperibus libertas ſuopte impendio quæſita, videretur, cum interim alios gratis à Philippo dimiſſum iri, ſpes eſſet, donavi illis pretium redemtionis.* Productis deinde teſtimoniis ſubjicit: ὅσα μὲν τοίνυν ἀφῆκα χρήματα, καὶ δωρεὰν τοῖς ἀτυχοῦσι τῶν πολιτῶν, ταῦτ᾽ ἐστιν. *Quod igitur remiſi, & dono dedi calamitoſis civibus, pecuniarum tantum eſt.* Ad gloriam & decus opportuna eſt iſta magnifi-

 centia:

Digitized by Google

centia: ſed & officii neceſſitudo quoſdam ad redimendos captivos ſuſcitabat. Clientium certe officio hoc contineri, ut patronos ſuos, eorumque liberos ab hoſtibus captos redimerent, *Halicarnaſſenſis* tradit. Privatæque redemptionis, ut ſic dicam, mentio etiam in Romana illa deliberatione infertur, quando cenſent aliqui, *nullam publicam impenſam faciendam, nec prohibendos ex privato redimi.* Quamquam ibi non de redemtione ea ſermo eſt, quæ aliorum opera pecuniaque, ſed quæ ſua cujuſque impenſa fit. Unde & ſequitur: *Si quibus argentum in præſentia deeſſet, dandam ex ærario pecuniam mutuam, prædibuſq; ac prædiis cavendum populo.* Minus ſpecioſa eſt liberatio captivorum, quando ejuſdem civitatis civis ſuo ære redimit civem, non quidem ſervum redemptoris futurum, ſed tamen plenæ libertati non reſtituendum, niſi pretium ſui perſolverit redemtori, aut certum ad tempus ſerviverit. Quod etiam legibus civilibus firmatum eſt, ne favor redemptionis, conſideratione damni imminueretur, hominesque ad eam humanitatem ſegniores fierent, ſi repetitio pretii nulla eſſet.

*lib. 1.*

*Liv. 22, 60.*

Progrediendum eſt ad illud caput hujus diſputationis, quod in utramque partem plurimum valet, quomodo miles captus ſit, ſive in manus hoſtium pervenerit. Unicus hic favoris fons, ſi neque per ignaviam, neque per aliam culpam commiſit, ut in manus hoſtium veniret. Licet enim veriſſimum ſit illud *Livii, nulla*

*4, 58.*

Digitized by Google

*nulla virtute ſuperari virium humanarum modum:* Serio tamen examinatur, an factum ſit, quod fortis fideliſque operæ ratio poſtulabat. facile enim ignaviæ ſuſpicionem incurrunt captivi. Unde apud *Plautum*, Philocrates, cum ex âltera quoque parte quoſdam captos intellexiſſet, ſolatium id arripiens, inquit: *Captiv. 2, 2,12.*

— *non igitur nos ſoli ignavi fuimus.*

In oratione ſeveriſſimâ Manlii Torquati, *capti in acie ab hoſtibus* longe præferuntur iis, qui ſe poſtea in caſtris dediderunt. *Libanius* præſtet nobis interpretationem hujus loci, quando de captis ad Chæroneam ita judicat: *Liv.22,60.* νομίζω καὶ τούτους οὐδὲν ἧττον ἀγαθούς, καὶ οὐδεμιᾷ κακίᾳ ταύτην ὑπομεῖναι τὴν τύχην· ἀλλ' εἶναι τῆς ἀνδρείας αὐτῶν, οὐ μικρὸν καὶ τοῦτο σύμβολον, τὸ μαχομένους ἁλῶναι. κτλ. *Declam.19.* *Exiſtimo & hos non minus præſtantes* (quàm eos ſcil. qui in acie ceciderunt) *neq; ullo ſuo vitio hanc fortunam ſubiiſſe: quinimo, non minimum eſſe, & hoc virtutis eorum teſtimonium, quod pugnantes capti ſunt: ignavi enim* (ita addit) *& vulnera formidantes congredi non audent, ſed initio pugnæ arma jacientes fuga ſibi conſulunt: qui vero virtutem ſuam ſpectari actione cupientes, hoſtem umbonibus propulſant, ſui immemores; hi ſunt, qui capiuntur.* In acie ergo capti intelliguntur hîc, quibus circumventis neque ad pugnam, neque ad fugam locus fuit. antequam enim in captivitatem miles pervenire velit, fuga poſt conſumtam ſc. virtutem conceditur. In *Declamationibus*, quæ *Quintiliano* tribuuntur, legas: *Longe feliciſſimum in bellis eſt, vincere: fortiſſimum, ſi victoria non detur, pro cauſſa mori.* *Declam. 339.*

Digitized by Google

*Eſt tamen tertium aliquod inter dedecora, in patriam certe redire, & ſi vincere non detur, effugere. Poteſt enim credi, qui hoc fecit, ad ſecundam ſe aciem ſervaſſe, & victum adverſis animum repo-*
*Flor. 2,6.* *ſuiſſe.* Quem in ſenſum *Florus* de Cannenſi clade: *Ducum effugit alter, alter occiſus eſt: dubium uter majore animo. Paulum puduit: Varro*
*Liv. 22,61.* *non deſperavit.* Cui etiam publico nomine *gratiæ ſunt actæ, quod de republica non deſperaſſet.* Fruuntur hoc favore, qui obſeſſi poſtquam ad ſummam virtutem nihil reliqui fecerunt, omniaque, quæ tolerari poſſunt, ſuſtinuerunt, ſe hoſti coguntur dedere. Nec minus, qui à Duce dimiſſi, neque mandata egreſſi, pauci à
*l. 3. §. 12. ff. de Re milit.* pluribus intercipiuntur. Si enim *Modeſtinus* rationem ejus habet in præmiis & commodis militaribus, *qui ex improviſo, dum iter facit, capitur ab hoſtibus*: multo magis favor in captivum trahitur tali caſu, quo mandata fungens in hoſtem incidit.

Facit & tempus favorem militibus captivis: ſi victori lucrum ex pecunia, victis ex recepto milite potius videtur; Si permutatio inſtitui poteſt, quæ, ut poteſt & ſolet fieri, utrique parti per rationes publicas non ingrata eſſe deberet: ſi captivis auctum in captivitate in hoſtes odium conſtat; ſi belli pace finiendi nulla aut longinqua ſpes ſit; ſi ſalvis dignitatis publicæ, conſiliorumque belli rationibus fieri queat; ſi de hoſtium propoſitis valida conjectura eſt. quali apud *Libanium* Demoſthenes utitur: οὐδὲ γὰρ τὸν Φίλιππον δεσπότην ἡδέως ἂν ἔχοντα

ἔχοντα τοσούτους Ἀθηναίων ἐπὶ τῆς αὐτοῦ χώρας ἐχθρούς, οἷς οὔτε στρατιώταις ἔμελλε δήπου χρήσασθαι· σφαλερὸν γάρ· οὔτε συνάγων εἴς τι χωρίον κατέχειν, ὅθεν, οὐκ ἦν ἀποδράναι ῥᾴδιον. τό, τε ἄλλως ἔχειν ἐν δεσμοῖς, οὔτε ἀνθρώπινον, οὔτε κερδαλέον. *Non enim reperiebam, Philippum libenter Athenienſes, id eſt, hoſtes, in regno ſuo habiturum: quibus nec, ut militibus uti poſſet, (anceps enim id foret) nec loco eos certo concludere, unde nulla effugiendi facultas. Alia autem ratione, vinclis eos coërcere, neq; ad humanitatem, neq; ad quæſtum, opportunum videbam.* Declam. 15. pag. 425. tom. 1. Tentat has rationes apud *Curtium* ne quicquam Parmenio, cum ſuadendum fuiſſe ait Alexandro, *ut captivos apud Damaſcum redimentibus redderet; ingentem pecuniam potuiſſe redigi ex iis, qui multi vincti virorum fortium occupaverant manus.* 4, 11, 11.

Non omittendus eſt favor, qui abſentiæ captivorum militum jure gentium datur: naturali ſcilicet æquitate huc vocante, ne abſentiæ damna metuat, qui reipublicæ cauſſa non abeſt modo, ſed inſigni cum incommodo & detrimento ſui corporis, rei familiaris, omniſque fortunæ abeſt. Hinc poſtliminii jus, & quæ alia civilibus quoque formulis perſcribuntur. Grot. I. B. 3, 9.

Priuſquam hinc abeamus, facienda videtur mentio cadaverum captivorum. nam & iſta repeti mos eſt. an & auro repenſari? ita ſane ſenſerunt, qui bellorum jura facultate ſucceſſus æſtimant: notaque ſunt exempla, non apud *Virgilium* modo *lib. 9. Æn. v. 213.* ſed & alibi, vide omnino *Alber. Gentil. de I. B. II, 24.* Verius Grot. I. B. 2, 19, 3. Virgil.

autem

autem & rectius eſt, majore animo talia tractare. quod nec barbaris ignoratum. Cum ſuperiore ſæculo Sebaſtianus Luſitaniæ Rex in Africa prælians cecidiſſet, & de redimendo corpore ejus cœptum eſſet agitari, Hametes Melici victoriæ immortui frater idemque ſucceſſor, negavit *ſe eum eſſe regem, qui ex cadaveribus*
Lib. 16. an. 1578. *pretium acciperet*, apud *Thuanum*. Ceſſant enim morte, quæcunque pacem cum vivis diſtinebant: omniſque odiorum materies evaneſcit. Unde offerenda potius, quàm concedenda defunctorum hoſtium corpora ſunt. nec immerito, ut in re abſurda Æneas apud Poëtam:

Virgil. Æn. 11. *Pacemne ex animis & Martis ſorte peremptis*
*Oratis?*

ut reſponderet rationi juris naturalis, quæ præceſſerat:

*Nullum cum victis certamen & æthere caſſis.*

Tractatus eſt hic locus, & expolitione omni diffuſus in hiſtoria Adraſti, cui Thebani interemptorum corpora negarunt, donec Theſeus juris communis patrocinio ſuſcepto rem confecit: apud *Poëtas* præſertim & *Oratores*, quorum
I. B. 2, 19, 1. nomina diligenter colligit *Grotius*.

Declam. 35. *Modos quoſdam liberandi captivos, Libanius* refert: primo, *collata viritim pecunia, ſive impoſito civibus tributo*, cujus favorem ita exequitur: οὐδεὶς γὰρ οὕτως Ἀθηναίων οὔτ' ὠμὸς οὔτ' ἄπειρος τῆς ὑπὲρ τῶν δικαίων δαπάνης, ὅστις ἂν τολμήσειε τὸ ἀνάλωμα φυγεῖν. *Nemo enim Athenienſium ita vel crudelis, vel impenſarum in res juſtas ignarus,*

qui

Digitized by Google

*qui audeat ſumtum talem detrectare, aut pecunia pauxillum* (ut additur) *in damnu reputare?* Deinde, *legatis & orationibus impetrari forte libertatem captivis poſſe*, ait. Quod genus, cum priori plerumque conjungitur. Plus enim fere argento, quàm verbis, ad perſuadendum ineſt virium. Tertia recuperandi captivos ratio, ad gloriam inſignior eſt, *armis* ſcilicet *& virtute. Si deductis triremibus*, inquit, *Athenienſes infeſtare Philippi regiones cœperint, adactus ea re Philippus, quicquid eſt captivorum, non hominum modo, ſed locorum & urbium reddet.* Sed hujuſmodi plures ſunt viæ: cum urbe hoſtili capta: aut exercitu fuſo, qui de noſtris capti inerant, liberantur; aut alia virtute militum noſtrorum recipiuntur. An & *fuga* locum habet? Negat *Grotius.* cui *Feldenus* contradicit hac ratione: *cum opinio de juſtitia cauſſæ ab utraq; pugnantium parte ſoleat obtinere, injuſtum non eſt, captos ſe ſubtrahere victoribus, utpote à quibus injuſte ſe detineri in ſervitute exiſtimant.* Reſpondet pro Grotio *Graſwinkelius*; *caſum ita formari debere, ut ambiguo locus non ſit.* Nihil, aut aliud egiſſe uterque videtur. Mihi certum eſt, *Grotium* loqui de bello *juſto* ſive ſolenni, jure gentium, quod à ſummis poteſtatibus rite geritur, ſicut explicavit alibi. In quo ne attenditur quidem, quantum ad hoc, ut juſtum ſit, cauſſa juſta, quæ vel ſepoſita interim, vel utrinque concepta animis intelligitur. De qua ſi intelligi voluiſſet, non potuiſſet aut debuiſſet hâc quæſtionis formulâ uti, *Grotius.* ſicut nemini

*I.B.* 3, 14, 7.

*I.B.* 1, 3, 4. & 3, 3.



Digitized by Google

mini attendenti aut intelligenti obſcurum eſſe poteſt. Itaque non excipiendi, *Feldeno*; non reſpondendi, *Graſwinkelio* cauſſa fuit. Quod ſi omnino, formata longe aliter quæſtione, de cauſſis belli juſtificis hîc dubitandum ſibi quiſquam exiſtimaſſet, pervelim audire quæſtionem, ubi ambiguo, quod Feldenus attulit, non ſit locus. niſi ſingulare exemplum, & extra ea, quæ ut plurimum accidunt, fingatur. Nihil juſtius, quàm deſiderare exempla in talibus cauſſis: nihil eruditius, quàm præfinire & deſcribere. Neque tamen aſſenſerim Grotio, hanc diſputationem definienti. In bello enim, ut ipſe appellat, juſto, neminis civis opera aliter cenſetur civitati obligata, quàm ut faciat quod debet ac poteſt; & patiatur, quod neceſſe eſt. Hæc neceſſitas vel vi conſtat inevitabili, in nervo, compedibus, clauſtris: vel vinculo fidei; ſi promiſit, ſi juravit captivus. ſe fugâ non evaſurum. Quicquid interjectum eſt, corpore & patientiâ apud hoſtes, animo & voto apud ſuos agit: niſi quatenus pactiones & vincula fidei intercedunt. Ut, ſi quis, liberiorem cuſtodiam impetraverit, interpoſito de fuga non capeſſenda jurejurando, data dextra, promiſſione aſſeveratâ. Quâ de re ſub gravibus exemplis diſſerentem juvat adire Bodinum. Videtur quidem ipſa deditio, ubi accedit, fidem captivi obligare. Sed cum hæc obligatio odioſa ſit, interpretatio veluti tacito gentium conſenſu fit in partem huma-

*Lib. 5. de rep. cap. 6.*

humaniorem. Itaque Jureconſultus nihil intereſſe vult, quomodo captivus reverſus ſit; *utrum dimiſſus, an vi, vel fallacia poteſtatem hoſtium evaſerit.* *L. 26. ff. de captiv.*

*— captivus, avis feræ conſimilis eſt:*
*ſemel fugiendi ſi data eſt occaſio,*
*Satis eſt; nunquam poſt illam poſſis prendere.* *Plaut. captiv. 1, 2, 7. &c.*

Itaque apud eundem *Poëtam* honeſtus juvenis captivus ex communi & pervulgata apud omnes opinione, ſicut in Comœdiis fieri ſolet, γνωμολογεῖ ad herum: *2, 2, 9. & 10.*

*Neq; pol tibi nos. quia nos ſervas, æquum eſt vitio vertere;*
*Neq; te nobis, ſi abeamus hinc, ſi fuat occaſio.*

Et hæc ſententia tum obtinebat, cum capti ipſo jure fierent ſervi capientium. ſcilicet, ut rigor ejus juris diſſimulatione talis culpæ mitigaretur. Aliter ſtatuendum eſt, ubi ſancta fidei pignora ſunt interpoſita, ſicut exemplum Reguli jam ante oſtendit: cui non defuerunt qui poſtliminii prætextum oſtenderent, & perjurii metum ac religionem demere cuperent. Sed ipſe ſolidioris ſapientiæ placita tenuit, & ad ſupplicia reverti, quàm religionem diſſolvere maluit. *Eutrop. lib. 2. & Metaphr. Paanius.* Ut autem *laudandus Regulus in conſervando jurejurando, ſic decem illi, quos poſt Cannenſem pugnam juratos ad Senatum miſit Hannibal, ſe in caſtra redituros, ea quorum potiti erant Pœni, niſi de redimendis captivis impetraviſſent, ſi non redierunt, vituperandi. De quibus non omnes uno modo*; ſicut amplius exequitur *Cicero*, cujus verbis *3. offic. 28.*

modo

modo uti placuit. ut & *Livius libro* XXII. *extremo.*

Veniendum nunc eſt ad *alteram partem*, & *ea, quæ plus invidiæ & odij trahunt in captivos, vel redimendos, vel redemptos receptoſve.* Diſciplinæ militaris ſeveritas, vel conſuetudine civitatis inducta, vel legibus firmata primum hîc nomen eſt: quam utrinque roborant tum exempla militarium populorum, tum experimentis ſpectata nobilibus utilitas publica. Magnifice hic locus tractatur in Cannenſi hiſtoria. ubi ipſi captivorum legati exemplum
*Liv.* 22, 59. Romanæ civitatis fatentur: P.C. *nemo veſtrum ignorat, nulli unquam civitati viliores fuiſſe captivos, quam noſtræ.* Et mox Manlius commen-
22, 60. dat, admonetque: *ut mos traditus à patribus, neceſſario ad rem militarem exemplo ſervetur.* Nec
22, 61. parum movit poſtea Senatum *exemplum civitatis minime in captivos jam inde antiquitus indulgentis,* ut redderetur triſte reſponſum, *non*
*lib.* 2. *c.* 7. *redimi captivos.* Quod *Valerius Maximus* inter
*ex.* 14. ea, *quæ ab univerſo Senatu, pro militari more obtinendo defendendoque adminiſtrata ſunt*, dilau-
3. *offic.* 32. dat. Idem jam ante *Cicero* factitaverat. *Octo,* inquit, *hominum millia tenebat Annibal, non quos in acie cepiſſet, aut qui periculo mortis diffugiſſent, ſed qui relicti in caſtris fuiſſent à Paulo & Varrone Coſſ. eos Senatus non cenſuit redimendos, cum id parva pecunia fieri poſſet: ut eſſet inſitum militibus noſtris aut vincere, aut emori. Qua quidem re audita, fractum animum Hannibalis ſcripſit Polybius, quod Senatus P.Q.R. rebus afflictis tam ex-*

*celſo*

Digitized by Google

*celſo animo fuiſſet.* In quibus verbis, præter eam, quæ dicta eſt, ſingularis ratio continetur, captivorum cauſſam aggravans: quando nimirum animoſa atque fortis apparere vult civitas in arctis rebus, ac fiduciâ inuſitatâ fortunam reparat. quod ſæpe ſucceſſit Romanis. Sed, ut ad diſciplinam militiæ redeamus, *nihil eſſe, quo magis illa confirmari poſſit, quàm exemplum adverſus indignos, nemo dubitavit. Quæ enim ſpes in bellis in milite reſidua eſt, ſi nihil potius fuerit, quàm capi?* Ita *Declamatio Quintiliano tributa* 339.

Facit deinde rem difficilem numerus captivorum tum apud eos, qui detinent, tum apud redempturos recepturoſve. Ita Pyrrhus legatis Romanis, reſpondet; *ſe niſi pace factâ, nequaquam dimiſſurum Romanis multos & bonos milites*: abſurdeque id peti autumat; ἵνα τοῖς αὐτοῖς τούτοις σώμασιν, εἰς τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον ἔχητε χρῆσθαι, *ut his ipſis*, inquiens, *corporibus bellum adverſus me inſtruere queatis.* Apud eos autem, unde captivi in manus hoſtium pervenerunt, ipſe numerus facit ſuſpicionem culpæ, ac ignaviæ. Imperator ille, qui captivos ab hoſte reverſos nocte, recipere noluit. apud *M. Senecam, Cur,* inquit, *trecenti perierunt? imo cur, ne perirent, capti ſunt? Hos ego interdiu non recepiſſem, niſi victores: noctu, ne victores quidem. Procedens poſtridie in prælium, pugnaturis oſtendi trecentos, in quibus laudari nihil poteſt, præter fugam: nihil deſiderari, præter numerum.* Senatus Romanus *conſimili animo* (utar verbis *Valerii Ma-*

*Dionyſ. Halic. excerpt. Legat.*

*Ful. Urſ.*

*Excerpt. Controv.* 5. 7.

2, 7, 14.

Hhh *ximi)*

Digitized by Google

*ximi) cum ei Annibal ſex millium* Roman*orum, quæ capta in caſtris habebat, redimendorum poteſtatem feciſſet, conditionem ſprevit: memor, tantam multitudinem armatorum juvenum, ſi honeſte mori voluiſſent, turpiter capi non potuiſſe.* Et Manlius Torquatus, *quam tutum iter,* inquit, *duarum prope legionum agmini futurum fuiſſe cenſetis?* Scilicet cum ſexcenti eruperint.

*Liv.22,60.*

Sed Torquatus quidem, non ignaviæ modo aperto crimine, (de ſuſpicione enim modo dictum) ſed *ſceleris* quoque nomine eos poſtulabat, & utrumque luculentis argumentis tractat. Ignavia hinc manifeſta: *P. Sempronius tribunus militum inſtanter admonuit, juſſitque vos erumpere: oſtendit ferro atque audacia viam fieri, quamvis per confertos hoſtes; imo, quam vere iſta diceret, ſuo exemplo monſtravit. favebat incepto nox. Nunquam Romana virtus talibus adhortationibus defuit. Calpurnius Flamma priore bello Punico trecentos voluntarios, inter medios hoſtes ſecum in collem traxit, cum diceret: Moriamur milites, & morte noſtra eripiamus ex obſidione circumventas legiones, nemo detrectavit. Hic non mors, ſed incolumitas per eruptionem oſtendebatur. cum tamen vel ad moriendum, tot civium cæſorum mortes vos debuerint incitare. Sed nec feciſtis, quæ virtus & mos militiæ poſtulabat. Sicut enim cum in acie ſtare & pugnare vos decuit, in caſtra refugiſtis, ita cum pro vallo pugnandum erat, cum caſtra tutari vos oportebat, & caſtra & arma & vos ipſos tradidiſtis.* Jam ſcelus hinc arguebatur: quod non tantum bene monentem recuſaſſent,

*id. ibid.*



Digitized by Google

ſent, *ſed erumpentibus obſiſtere conati eſſent: ita ut viris fortibus ante cum civibus quàm cum hoſtibus pugnandum, & inertes illi gladiis ſubmovendi fuerint.* Attollitur hic locus amplificatione variâ: præſertim etiam inde, quod ab ignavis iſtis in poſterum nihil boni expectandum ſit; vel quod perdita ſemel virtus haud facile in præcordia redeat; vel quod invidia & odio ſint proſecuturi illos, quos ſemel deſeruerunt, quorumque incolumitate & gloriâ ſuam ignaviam perpetuâ exprobratione flagellari putant. Tentavit hunc colorem etiam Torquatus. Imitatur iſta omnia *Declamator*; ubi etiam primo ex more, inſtitutoque Græciæ, cauſſaque bellandi conficit: *Nunquam majore animo, nunquam concitatiore ſpiritu fuiſſe pugnandum.* Sequitur: *In hoc igitur prælio, quod, ut dixi, pro univerſa Græcia ſuſceperamus, nondum dico, quantum nocuerit iſtorum timor: interim cujus propoſiti fuerit animus, attendite.* Et: *Ille vero, qui ſe, inter virtutem, hoſti dedit, qui abjectis armis parata in vincula præbuit manus, quam tandem nobis ſpem in poſterum facit?* Conjungit iſta omnia argumenta, & cumulat *Horatius* in conſilio Reguli de non redimendis captivis:

*Quintil. Declam. 339.*

*Hoc caverat mens provida Reguli,*
*Diſſentientis conditionibus*
*Fœdis, & exempli trahentis*
*Perniciem veniens in ævum;*
*Si non periret immiſerabilis*
*Captiva pubes.*

*lib. 3. carm. od. 5.*

*Auro repenſus ſcilicet acrior*
*Miles redibit? flagitio additis*
*Damnum: neq; amiſſos colores*
*Lana refert medicata fuco.*
*Nec vera virtus, cum ſemel excidit,*
*Curat reponi deterioribus.*
*Si pugnat extricata denſis*
*Cerva plagis, erit ille fortis,*
*Qui perfidis ſe credidit hoſtibus!*
*Et Marte Pœnos proteret altero,*
*Qui lora reſtrictis lacertis*
*Senſit iners, timuitq; mortem.*

*Excerpt. controv. 5, 7.* Addendum eſt judicium *Declamatoris* apud M. *Senecam*: *Populus Romanus Cannenſi prælio in ſummas redactus anguſtias, cum ſervorum deſideraret auxilia, captivorum contemſit: & credidit libertatem magis tueri poſſe, qui nunquam habuiſſent, quam qui perdidiſſent.*

Huic vel credito vel cognito ignaviæ crimini accedunt aliæ culpæ, quæ negotium redimendi captivos inviſum reddunt. Monitus aliquis tribunorum fuerit à duce, ut accelerearet iter, incederetque non viæ modo ſed pugnæ paratus: hoſtem enim in propinquo eſſe. hoc ille neglexerit, ſuaque quapiam opinione ductus, nihil ab hoſte longius poſito periculi eſſe crediderit: eaque ſecuritate proditus hoſti captuſque fuerit. Non poteſt non difficilem experiri Ducem, cujus præcepta contemſit. Quod ſi Quintilius Varus, cujus ſegnitia nobiliſſimus *Tac. 1. A. 58.* interiit exercitus, eo quod indicia rebellionis ultro ad ſe delata inſuper habuerat, captiuitatem

tem voluntaria morte non præveniſſet, quid de eo ſtatuendum exiſtimaſſet Auguſtus, cujus adverſus mortuum querela inſonuit: *Quintili Vare, legiones redde?* Iuſſus fuerit centurio, præfectus, tribunus, navali terreſtrive itinere huc illucve accedere: nihil ipſi defuerit ad idoneum præſidium; non naves bellicæ, non milites; ſed ille, vt ſumtui parceret, parum ſe ad iter munierit, ac in manus hoſtium ea cauſſa devenerit. Ad iraſcendum, quàm ad redimendum, proniorem invenerit, arbitror, civitatem. Ita, ſi quid in præceptis præliaribus neglectum, & Duci & militi captivitatis cauſſa fuit; plus erit, quod impediat deliberationem de redimendis captivis, quàm quod promoveat. Sueton. Aug. 23.

Sumtuum (τῶν λύτρων, quæ ſunt τὰ παρεχόμενα ὑπὲρ ἐλευθερίας apud *Suidam*) duplex eſt invidia: *vel*, quod ærarium exhauriunt; *vel*, quod hoſtem inſtruunt, juvantque. Vtriuſque rei habita ratio in Senatu Romano, cum decretum de non redimendis captivis fieret. *Pecunia quoq; ſumma*, inquit Hiſtoricus, *homines movit: quia nec ærarium exhaurire, magna jam ſumma erogata in ſervos ad militiam emendos armandoſque, nec Annibalem maxime hujusce rei, ut fama erat, egentem locupletari volebant.* Quæ poſterior ratio minuit admirationem ſervilis militiæ, captivis prælatæ. Non enim tantum acriores eſſe ad acquirendam in nova libertate exiſtimationem, quàm ad recuperandam, amiſſa ſemel libertate, famam, crediderunt ſtimulos, quod antea allatum eſt: ſed hoſtem o- Liv. 22. 61.

 pibus

Digitized by Google

pibus firmare, intempeſtivum duxerunt. *Hiſtoricus*: *Aliam formam novi delectus inopia liberorum capitum ac neceſſitas dedit: octo millia juvenum validorum ex ſervitiis, prius ſciſcitantes ſingulos, vellentne militare, empta publice armaverunt. Hic miles magis placuit, quum pretio minore redimendi captivos copia fieret.*

*Liv. 22, 57.*

In permutandis captivis, illa etiam deliberatio tenet, quoſnam cum quibus permutare fas ſit. Regulus *reddi captivos* (verba ſunt *Ciceronis*) *negavit eſſe utile; illos enim adoleſcentes eſſe & bonos duces, ſe jam confectum ſenectute.* Speraverant enim Carthaginienſes, ſe pro uno Regulo, vel omnes captivos eſſe recepturos, ut eſt apud *Dionem*. Erantque omnino pauci, quos de Romanis captivos tenebant, præ multitudine Carthaginenſium, qui in Romanorum poteſtate erant. Poteſt evenire, ut captivi numero quidem utrinque pares ſint: ſed impares reliquâ æſtimatione. Sit apud nos captivus tribunus aliquis, qui conſilio & audaciâ Duci mereatur comparari; qui multa noſtris damna dederit, & daturus credatur. An hunc ſtatim cum alio tribuno è noſtris captivo commutabimus? An veteranos hoſtium, cum tyronibus noſtris? & ſi qua diſſimilitudo alia incidit. Studioſe itaque cavetur, ne ad permutationem fere veniatur, donec aliqua æqualitas, cujus diligentes ſunt ratiocinatores, qui bellum tractant, videatur offerri. Et, dum una pars paucos, altera multos habet captivos, ſpes ipſa Martis communis, & eventuum belli, differt

*1. offic. 27.*

*Exc. Legat. Fulu. Urſin. 9.*

*Suid. v. Ρηγουλ.*

differt conſilia redemptionis & permutationis.

Ponamus nunc unum & alterum exemplum ſeveritatis eximiæ in receptos captivos. Pyrrhum quosdam captivorum Romanis ſine pretio remiſiſſe, ante diximus. At Romani *decreverunt, ut ex iis, qui equo meruerant, peditum numero militarent; qui pedites fuerant, in funditorum auxilia tranſcriberentur: neve qui eorum, intra caſtra tenderet, neve locum extra aſſignatum, vallo aut foſſa cingeret, neve tentorium ex pellibus haberet: recurſum autem iis ad priſtinum militiæ ordinem propoſuerunt, ſi quis bina ſpolia ex hoſtibus tuliſſet.* Auctor tanti exempli Appius Claudius Cæcus fuit. *Hujus* enim ſententia (inquit *Frontinus,*) *Senatus eos, qui à Pyrrho Epirotarum rege capti, & poſtea remiſſi erant, equites ad peditem redegit, pedites ad levem armaturam, omnibus extra vallum juſſis tendere, donec bina hoſtium ſpolia ſinguli referrent.* Eadem ſcil. hæc diſciplinæ ſeveritas fuit, quæ adverſus Cannenſis prælii reliquias ſervata eſt apud *Livium* 23, 25. & 25, 5. & 6. & 7. cum tamen eorum, qui ex tanta clade profugiſſent, favorabilior cauſſa vulgo haberetur, quàm captivorum.

*Val. Max.* 9, 7, 15.

4, 1, 17. *adde l.* 1. §. 5. *ff. de poſtul.* *Eutrop. lib.* 2.

Plus rationis habuit, quæ fingitur *Demoſthenis rogatio in Declamationibus Quintiliani*: qua tulit, *ne illi, qui apud Charoneam capti erant à Philippo, & gratis remiſſi, conſiliis publicis interſint.* Argumentis enim utitur à diſciplina militari deſumtis, & ab exempli adverſum ignavos ſtatuendi utilitate. Id unum forte non ſatis

339.

ſatis convenienter Rhetor cogitavit, quod i-
gnaviam aliorum accuſans inducitur is, qui ab-
jecto indecore clypeo turpem ex acie fugam
*In vita Demoſt.* conſciverat, quod de Demoſthene *Plutarchus*
teſtatur; tum *Æſchinis* exprobratio. Sed ut o-
*orat. contra Creſiph.* pere Martio parum ſpectatus fuit Demoſthe-
nes, ita conſilii cujuſque fortiſſimi primum ſe
auctorem præbere ſolebat. Illatam autem
*Encomio Demoſth. tom. 1. p. 888.* Athenienſibus cladem apud Chæroneam, par-
tim inſcientia Ducum, partim ignavia militum
etiam ipſe victor Philippus Rex confeſſus eſt
apud *Lucianum*. Et Lycurgus orator, apud
*lib. 2. prope fin.* *Gemiſtum Plethonem*, Lyſiclem, ducem accuſa-
*lib. 5. p. 359.* tum ejus cladis nomine morte damnavit. Phi-
*lib. 9. c. 4.* lippi quidem in captivis remittendis modera-
tionem celebrat *Polybius*, calliditatem agnoſcit
*Juſtinus*: quam etiam in animo habuit *auctor declamationis* de qua hactenus loquimur, quæ
ad rem geſtam, & conſilia Demoſthenis magis
*Declam. 15.* utique videtur congruere, quàm *Libanii* μελέτη
quando ejuſmodi format conſultationem,
quaſi poſt cladem Chæronenſem Philippus
mille captivos ( de duobus millibus ſc. aut
3000. ) pollicitus ſit, ſi Demoſthenes ſibi dede-
retur; & Demoſthenes dedi voluerit, idque
longa oratione perſuaſerit Athenienſibus. Sed
*Latinus Rhetor*, cuſtodire τὸ εἰκὸς voluit; *Græcus*
quæſivit novitatem actionis: *Ille* ad prudentiæ
uſitatæ regulas exigi voluit ſuum inventum;
*hic* vires ingenii in argumento inopinabili de-
monſtrare inſtituit. Præcipuus enim in hac
tractatione ille locus eſt: an dedi pro utilitate
civium

Digitized by Google

civium ceterorum aut civitatis, innocens civis poſſit. Quem ita tractat *Libanius*, vt nullo modo id licere, intelligi velit: & offerentis quidem ſe, voluntatem laudet, & ad gloriam, inſignem faciat; rationes autem, quæ tum quoque obſtent, conſpectiores cupiat haberi. Quia autem Demoſthenes auctor fuerat belli adverſus Philippum gerendi, inimici ejus poſt cladem Athenienſium, occaſionem nacti ſunt eum accuſandi, conſiliaq; ejus & ex prælio fugam exagitandi. Vt dubitandũ non ſit, ſuaſiſſe quosdam; Demoſthenem, conſilii, & propter ea cladis auctorem dedendum Philippo, ſicut poſtea Romæ Cæſaris adverſarii *nonnulli, dedendum eum hoſtibus cenſuerunt*, ut eſt apud *Suetonium*. *In Cæſ. 24.* Verum Demoſthenes non abſolutus modo, ſed ad rem publicam gerendam revocatus eſt: cum conſilium præclarum, aliorum culpa eventu caruiſſe, auctorique fraudi eſſe non debere, indicarent Athenienſes. *Plutarch. in Demoſt.* Hinc auctoritas novæ rogationis, quam *Latinus Rhetor* formavit, hiſtoria nititur: eo quod ſuadendi rem tam arduam nec occaſio, nec animus, ſi reliqua ejus in rep. gerenda propoſita ſpectemus, Demoſtheni abeſſe potuerit. *Libanii*, ut non æque probabilis eſt, de voluntate ſe dedendi, inventio; ita laudem Demoſtheni paulo ambitioſius conquirit.

*M. Seneca* inducit talem controverſiam: *Lex nocte portas aperire in bello non liceat. Altera* lex: *Imperator in bello ſummam poteſtatem habeat. Thema: Trecenti ab hoſte captivi ad portas* *Excerp. 5. 7.*

*nocte venerunt. Imperator non aperuit. Ante portas occiſi ſunt. Imperator poſt victoriam reus eſt læſæ reipublicæ.* Quæ pro Imperatore afferri poſſunt, non alia ſunt, quàm quibus odium captivis numeroſis conciliari, ante, cum hinc aliqua peteremus, diximus. niſi quod illud quoque magnam vim habet: de nocte portas ſine inſigni periculo, imminentibus hoſtibus, aperiri non poſſe, ob caſus varios, quos nox proſpici non patitur. Rectiſſime enim Imperator: *Nocte quomodo hoſtem civemq; diſtinguam? quam mihi dabitis notam, ut arma cognoſcam? Credo in inſidiis hoſtes fuiſſe, ut excluſos occiderent, ſequerentur admiſſos.* Tum, de intentato læſæ reip. crimine, non adeo videretur ardua reſponſio. Non enim quodvis ad rempubl. pertinens damnum, hac actione vindicatur. *Manifeſta ſtatim reip. damna ſunt, ſi muri diruti ſunt. ſi claſſis incenſa eſt, ſi exercitus amiſſus, ſi vectigalia diminuta.* ut eſt apud *eundem Rhetorem lib. 5. controv. 33.* Denique ſuccumberet, qui Imperatorem accuſaret, apud judicem juris & legum peritum, vel Romæ, vel alias apud gentes, ubi militia non eſt tumultuaria.

Ex omnibus, quæ hactenus dicta ſunt, nihil æque premit cauſſam captivorum, ac diſciplinæ ac legum militarium ſeveritas. Vt primum in has aliquid peccatum eſt, jam viliores erunt, qui ex occaſione aut cauſſa talis delicti, in captivitatem abducti ſunt: ſicut, qui in præmatura fuga, aut ordinibus deſertis capti ſunt. Eſt enim in inſtitutis militaribus Romanorum, τὸ

τὸ μὴ φεύγειν, μηδὲ λείπειν τὰς τάξεις, *non fugere,* *lib.3.p.295.*
*neque ordines deſerere,* teſte *Polybio.* τὸ γὰρ πρόστι- *& L.1.p.17.*
μον παρ' αὐτοῖς, θανατός ἐστι τῷ προϊεμένῳ τὸν τό-
πον, καὶ φυγόντι τὸ παράπαν ἐξ ἐφεδρείας. *nam*
*apud eos capitale eſt loco deceſſiſſe, aut ſtationem*
*fuga deſeruiſſe.* Sacramento militari ſcilicet ju-
rabant milites, *ſeſe fugæ atque formidinis ergo non* *Liv. 22,38.*
*abituros, neque ex ordine receſſuros, niſi teli ſumendi,* *Frontin.*
*aut petendi, aut hoſtis feriendi, aut civis ſervandi* *4,1,4.*
*cauſſa.* Neque Græcis alia mens, ſicut ex *Lyſiæ*
actionibus τῆς λειποταξίου & ἀστρατείας, *deſerti ordi-* *orat. 13. &*
*nis, & detrectati muneris militaris,* apparet. Qui- *14.*
bus affines ſunt ῥιψάσπιδες, οἱ ἐν τῷ πολέμῳ ὅπλα *Heſychius*
ῥίψαντες ἐκ φόβου, *qui arma per ignaviam & me-* *voce*
*tum in prælio abjiciunt.* quos ſub proverbiali ῥίψασπις.
Cleonymi ſchemate κωμῳδεῖ *Ariſtophanes in Nu-*
*bibus,* & *alibi.* Eidem Poëtæ, ἀσπιδαποβλὴς &
ἀποβολιμαῖος τῶν ὅπλων, talis dicitur. De Ro-
manis iterum vide *Polybium,* ἐάν τις ἀπορρίψῃ τι *pag. 81.*
τῶν ὅπλων κατ' αὐτὸν τὸν κίνδυνον διὰ φόβον. *Si* *lib.6.p.482.*
*quis armorum quidpiam projecerit per metum in ipſo*
*diſcrimine.*

Operæ pretium fecero, ut arbitror, ſi huc
quaſdam culpas militares ex *Conſtantini* τοῦ πορ-
φυρογεννήτου *Imp. Aug. Commentario de apparatu*
*bellico,* unde ἀποσπασμάτιον quoddam, ſub no-
mine βιβλίου τακτικοῦ *ex Cod. Biblioth. Palat.* vi-
tioſe admodum edidit præclariſſime de literis
Græcis meritus *Joannes Meurſius.* Adferam *Ann. 1617.*
autem ex *Codice mſc.* meliori & integro *Biblio-*
*thecæ Auguſtana,* quo uti, per beneficium gene-
roſorum Procerum licuit. Ἄν στρατιώτης εἰς

καιρὸν

καιρὸν παρατάξεως καὶ πολέμου καταλίπῃ τὸ βάνδον, ἢ τὴν τάξιν αὐτοῦ, καὶ ἢ φύγῃ ἢ προπηδήσῃ ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοῦ, ἢ ἂν πέσῃ ἐχθρὸς καὶ ἐπάρῃ τὰ ἅρματα αὐτοῦ, ἢ καταδράμῃ εἰς ἐπιδίωξιν τῶν ἐχθρῶν, ἢ ἐμβῇ εἰς τοῦλδον, ἢ εἰς φοσσάτον ἐχθρῶν, κελεύομεν ἵνα τιμωρηθῇ κεφαλικῶς, καὶ πάντα ὅσα κερδήσει ἐκεῖθεν, ἵνα ἐπαίρωνται ἐξ αὐτοῦ, καὶ δίδωνται εἰς τὴν κοινότητα τοῦ τάγματος, διὰ τὸ παραλῦσαι αὐτὸν τὴν σύνταξιν, καὶ ἐπιβουλεῦσαι τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ. Quæ ex Græcobarbaro ſermone latine ita reddideris: *Si miles tempore aciei & prælij reliquerit vexillum, aut ordinem ſuum; atque ſi fugerit vel proſiluerit de loco ſuo, etiam cum cecidit hoſtis, & arma ejus ſuſtulerit, aut tranſcurrerit ad perſequendos hoſtes, aut in impedimenta caſtrave hoſtium tranſcenderit, jubemus eum capite plecti, & omnia, quæ inde lucratus retulerit, auferri ab ipſo, & ordini in commune tribui; eo quod ſolvit compoſitam aciem, & ſociis ſuis fraudem fecit.* Sequitur: ἂν εἰς καιρὸν δημοσίας παρατάξεως ἢ συμβολῆς πολέμου γένηται τροπὴ χωρὶς εὐλόγου τινὸς καὶ φανερᾶς αἰτίας, κελεύομεν ἵνα οἱ στρατιῶται τοῦ φυγόντος πρῶτον τάγματος, καὶ καταλιπόντος τὸ μέρος αὐτῶν, εἰς ὃ ἐτάγησαν, χωρίζωνται τῶν δέκα εἷς, καὶ κατατοξεύωνται ὑπὸ τῶν λοιπῶν ταγμάτων, ὡς καταλύσαντες τὴν τάξιν, καὶ αἴτιοι τῆς τροπῆς γενόμενοι, ἂν δὲ συμβῇ τινὰς ἐξ αὐτῶν πληρωθῆναι εἰς αὐτὴν τὴν συμβολὴν τοῦ πολέμου, ἐκεῖνοι ἔσωσαν ἐλεύθεροι ἀπὸ τῆς τοιαύτης ποινῆς. *Si tempore publicæ aciei & congreſſionis prælij, fuga fiat citra probabilem & manifeſtam cauſſam, jubemus de militibus ejus ordinis, qui primum fugit, & locum, quem acceperat, deſeruit,*

Digitized by Google

*deſeruit, decimum quemque ſelectum à cæteris ordinibus ſagittis configi, tanquam qui ſolverint aciem, & fugæ cauſſam præbuerint. Si autem ex his quoſdam contingat in eadem pugna aliis miſceri denuoque præliari, illi immunes ab hac pœna ſunto.* Ἂν ἐπάρωσι οἱ ἐχθροὶ βάνδον χωρὶς εὐλόγου τινὸς καὶ φανερᾶς προφάσεως, κελεύομεν ἵνα οἱ φυλάσσοντες τὸ βάνδον τύπτωνται, καὶ γίνωνται ἔσχατοι παντελῶς, καὶ παρακάτω πάντων τῶν ὑποχειρίων αὐτῶν. ἂν δὲ συμβῇ τινὰς ἐξ αὐτῶν πολεμοῦντας πληγωθῆναι, οἱ τοιοῦτοι ἔσωσαν ἐλεύθεροι τούτου τοῦ ἐπιτιμίου. *Si hoſtes abſtulerint vexillum, ita ut probabilis & manifeſta cauſſa amiſſionis non appareat, præcipimus, cuſtodiæ vexilli appoſitos verberari, & omnino ad infimum locum redigi, ut ſint infra omnes qui ipſis ſuberant. Si vero quoſdam ex ipſis pugnantes ab hoſte contigerit pelli & convulnerari, ad illos non pertinebit hæc pœna.* Ἂν φοσσάτου ὄντος γίνηται τροπὴ μέρους τινὸς ἢ παρατάξεως μιᾶς, καὶ οἱ τραπέντες οὐδὲ πρὸς τοὺς ἀκολουθοῦντας ὀπίσω βοηθοὺς προσδράμωσιν, οὔτε εἰς αὐτὸ τὸ στράτευμα καταφύγωσιν, ἀλλὰ περιφρονοῦντες εἰς ἕτερον τόπον προσδράμωσι, κελεύομεν τύπτεσθαι τοιούτους, ὡς περιφρονήσαντας τῶν ἰδίων φίλων. *Si in agmine, fiat fuga partis cujuſdam aut aciei unius, & illi, qui fugerint, neque ad inſequentia ſubſidia decurrerint, neque ad eundem exercitum ſe receperint, ſed his contemtis in alium locum ſe contulerint, eos jubemus verberibus affici, tanquam qui amicorum ſuorum auxilia deſpexerint.* Ἂν ῥίψῃ στρατιώτης τὰ οἰκεῖα ἄρματα εἰς τὸν πόλεμον, κελεύομεν τύπτεσθαι αὐτόν, ὡς γυμνώσαντα ἑαυτόν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς

ἐξοπλί-

Digitized by Google

ἐξοπλίσαντα. *Si miles arma ſua projecerit in prælio, verberari eum jubemus, ut qui ſe nudaverit, hoſtes vero armaverit.* Has, aliaſque de culpis ac pœnis militaribus leges (περὶ τῶν ἐπιτιμίων στρατιωτικῶν) prælegi jubebant, quando exercebantur milites, aut ſub ſignis ordinabantur, ſicut in *Commentario Conſtantini* amplius oſtenditur.

Ad noſtram autem rem hactenus iſta pertinent, quod, quicquid eſt ſeveritatis adverſus captivos uſurpatum, id ex militari illa diſciplina & legibus militaribus petitum eſt; hoc pacto: ut captivorum cauſſa non alio nomine potius odioſa haberetur, quàm quod ab iis commiſſum eſſet, quare non ſatisfeciſſe ſacramento & legibus militaribus exiſtimarentur. *I.B.3,21,24* Igitur, quando *Grotius*, non audet probare leges illas, *quæ captivos redimi vetant*, quales apud Romanos fuiſſe putat: non poſſunt aliæ leges oſtendi, quàm militares illæ, de quo genere hactenus loquimur. In quibus nunquam *Alia res eſt de lege Platonis, lib.5.de rep.* ſcriptum arbitror, *ne captivi redimerentur*. Sed, quando capti erant milites Romani, deliberabatur, an ſe ita adhibuiſſent, ut poſtulant leges militiæ, adeoque redimi mererentur, nec ne? neque aliud volunt teſtimonia, quæ *Grotius* adducit. ἐθισμὸν, inquam, *morem à patribus* *Liv.22,60.* *traditum*, ut appellat Torquatus, non legem oſtendunt. Quo more nimirum captivorum cauſſa ſerio examinabatur, quidque de illis ſtatuendum eſſet, inquirebatur. Ubi ple-

rumque

Digitized by Google

rumque quidem pars reipublicæ utilior prævaluit, i. e. hoc loco, ſeverior. eo quod vix citra culpam militarem captivitas multorum accidere videtur. Aliud ergo eſt lex de non redimendis captivis, quam nullam oportet fuiſſe; aliud deliberatio de redimendis, redemtiſue aut receptis: tum conditio captivorum ex captivitate reverſorum, qua apud antiquos Romanos eos haberi, mos erat. de qua apud *Livium*: *illis arma tantum atque ordo militandi: locusque in quo tenderent, in caſtris, eſt mutatus, quæ tamen, ſemel novatâ reip. opera, & uno felici prælio recuperarunt.* *lib. 25, c. 6.*

An autem ipſæ leges militares, totiuſque diſciplinæ ratio, juſto fuerint ſeverius conſtitutæ, alia fuerit diſputatio. In qua Romani ſe tuerentur evidenti utilitate publicâ: neque aliunde tot admirabiles victorias, tam numeroſos exercitus parva manu profligatos, adverſus immenſam vim ſuſtentatas vrbes, ereptam pæne ex interitu aliquotiens rempublicam repeterent. Scriptorum teſtimonia infinita ſunt; neque hîc cumulanda. Si inſtares; leges illas militares ſuo rigore efficere, ut nimium ſanguinis effundatur, ſi fugæ ac deditioni præcluſa ſit venia: reſponderent; fugam ac deditionem plura poſſe & majora mala in rempublicam, & in plures inferre. Si, pœnarum militarium conſuetudine, aliquos durius, & minus meritos involui, diceres; referrent illud non ſine ratione usurpatum, ſi recte explicetur: *Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum,* *Tac. 14. A. 44.*

*quod*

*quod contra ſingulos, utilitate publica rependitur.* Et certe, ſi belli gerendi jus in tuto conſtituimus, nihil æque ad exitum conſiliorum, quæ juſto quovis bello ſpectamus, valebit, quàm ſeveritas diſciplinæ. A qua tamen temperamentum omne abeſſe nequaquam volumus.

Ita in captivorum cauſſa, ut ad hanc redeamus, ambiguæ æſtimationi locum dedimus. Atque illis ipſis ad Cannas captis ignoſci non ſine ratione potuiſſet, & fortaſſe ignotum eſſet, id eſt pars humanior viciſſet: niſi ærarii ratio, tum locupletandi hoſtis metus, non levi rationum momento interceſſiſſent: ut vidimus. In illis, qui evaſerunt, temperamentum ſecuti ſunt Romani, non illud æquitatis, de qua cœpimus loqui, ſed artificii politici; ut Duci & patriciis prorſus venia daretur, omni rigore diſciplinæ in plebeia capita incumbente. Tentant hoc arcanum, reliquiæ Cannenſis cladis in Siciliam relegatæ, apud *Livium lib. 25. c. 6.*

Deducit nos hic locus, ad parem culpam, diverſi temporis. Capti fuerint aliqui, illo & iſto prælio, ejuſdem culpæ, quæ ultimo prælio captis impingitur, vel ſuſpecti vel comperti. Illos priores, redimendos duxit civitas. quidni & hos poſtremos? Sic ratiocinantur in cauſſa
*lib. 25. c. 6.* ſimili, apud *Livium*, milites. Satis ſpecioſe exaudiuntur iſta exempla. Sed non eſt nulla, quæ poſtremis adverſatur, petita ex prioribus ratio. novo enim exemplo opus eſt, ubi vetera nil proficiunt, aut malum, quod ſanare debebant,

bant,

bant, augent. Sic æquitas ſæpius fruſtra adhibita, ſeveritati locum & cauſſam facit.

Dubitatur aliquando in definienda fuga, cum culpa conjuncta: levioribuſque alii vocabulis appellant, quæ nonnulli ad graviora transferunt. Qui ex Cannenſi prælio fugerant, eos Senatus Rom. dixit, *commilitones ſuos pugnantes deſeruiſſe*; imo *rempublicam deſeruiſſe*. In primis in deditione, ea res quæſtioni eſt: an expectata neceſſitas ſit? qualis deſcribitur, ubi obſeſſi *ultima auſi paſſiq;, cum omnia ſubſidia vitæ abeſſent, affectiſq; fame viribus, arma jam ſuſtinere nequirent, neceſſitatibus magis humanis, quàm armis victi ſunt.* An ſemper eouſque teneantur tolerare obſidionem? an tum quoque, ſi civium in urbe obſeſſa, & militum defenſorum diverſa jura, nec una utilitas? an præcipi hoc poſſit, aut debeat, ut ad famem non tantum veniant obſeſſi, ſed eam etiam, uſque ad defectum virium tolerent? Cumque quo diutius differtur deditio, eo duriores ſoleant dici à victoribus leges; defenſoreſque ſæpe cum loco in poteſtatem hoſtium veniant, qui paulo citius pacti poterant dimitti; illud quoque quæri ſolet, ſatiuſne fuerit deditione non quidem properata, ſed in tempore facta, ſe referre ad exercitum, quàm caſum captivitatis ſubire? Caſtris equidem & urbibus obſeſſis cum multa communia ſint, durior tamen caſtrorum, quàm urbium obſeſſarum ſors eſt. Ibi enim deditis certa captivitas: hic, præſidiariis ſæpe libertas pactione obvenit. Ponamus

*Liv. 25. 7. Frontin. 4. 1, 44.*

*Liv. 23. 30.*

 exem-

exemplum arduæ diſputationis detracto nomine. Impoſiti defendendis munimentis præſidiarii, in mandatis acceperant, reſiſterent ſumma vi, atque ad ultimum propugnarent, donec ſubmitteretur auxilium. Hoſtis propius acceſſerat, expugnatiſque exterioribus, eo rem deduxerat, ut interiora impetu capere deſtinaret. Obſeſſos premebat inopia pulveris tormentarii; neque ad ſuſtinendam impreſſionem tam apparatam pares eſſe ſinebat. Qui præerat præſidio, rem hactenus ſumma ope diſſimulatam, tum civibus, quos defendere juſſus erat, tum præfectis ac centurionibus ſuis aperit. illi & ſuadent, & ſupplicant; remitteret obſeſſis ultimum caſum, deditioneq; excidium præverteret. Eo ipſo, quo deditio facta eſt, die, adventant auxilia, & par ſolvendæ obſidioni manus accurrit. ſero; quia tam pauxillo momento tardius. Dicebantur graves ſententiæ: & quamvis præfectus præſidii inuſitatæ ac ſingularis virtutis in illa concluſione ediderat ſpecimina, non perfunctorie notabatur, ob non expectatum ultimæ neceſſitatis articulum: cum defenſio munimentorum ad ſummam rei pertineret; cum tam diſtricta mandata accepiſſet; cum trahendæ ad dieculam rei artes non potuiſſent deeſſe: cum non civium conſiliis tali in metu, ſuis plerumque utilitatibus adverſantium, ſed ducis induſtria proviſuque metiendum fuiſſet negotium. Quis non videt, quàm multa pro præfecto militum dici contra poſſint? Quem moderatiſſimus

quiſ-

quiſque, ſi ſui arbitrii res ſit, malit abſolvere quàm condemnare.

Alius præſidium agitare juſſus, de annona & copiis præſidii vicinum ſublevaverit ſuorum exercitum: cujus fiducia nullam ſibi timendam obſidionem exiſtimabat. Hoſtis re comperta, ex inopinato munimenta circumſidere cœperit: neque depelli obſidione potuerit. Venerint denique in poteſtatem hoſtium, inopiâ, ea, quæ proviſis copiis ſervari potuiſſent. Dicet præſidio præfectus: an ſublevare non debui inopiam & noſtrorum, & rogantium; imo mandantium? ſummus enim Dux totius exercitus erat, qui poſtulabat. Summam rempublicam, in eo verti aiebat: paulo poſt redditurum ſe copias profeſſus. Hoſtis alio verſus, nec ſuſtinere famam noſtri exercitus, nedum de obſidione cogitare videbatur. multum quoque induſtriæ meæ & laboribus tribuebam, in comparandis celeriter, quæ deerant. Deſtinata ſalubriter, præcipiti audacia hoſtium in contrarium verſa ſunt. Fortunam accuſare fas eſt, conſilia hominum ludibrio habere ſolitam. Reſpondebitur: ſumma tibi lex, munimentorum, quæ commiſſa tibi ſunt, utilitas; contra quam nemo audiendus erat. Satius eſt offendere periculoſa poſtulantes, quàm demereri. Facilius copias parat, qui cum exercitu liber nec impeditus ambulat: quàm cujus paucitas munitionibus tegitur. Nihil accidit, quod prævideri non potuerit, non debuerit. Ultimum ignaviæ & ſtultitiæ humanæ

idemque iners præſidium, fortunam accuſare. Quantulo minus, quàm proditio erat, hoſti & oſtendere & aperire viam? Et quæ plura poſſent in hanc partem dici, quæ juſtioribus momentis invaleſcere videntur.

Conſiſtant in vicos tributæ: cohortes quædam, juſſæ exploratores diligenter dimittere, ſtationes diſponere, nihil de ſolicitudine excubiarum & vigiliarum remittere. Superveniat hoſtis, tribunos præfectoſque cum militibus capiat, poſtquam pars primo impetu cæſi ſunt. Captivi ſuam fortunam tribuant iniquitati loci, ubi propter virgultorum perpetuam ſeriem & arbores multis locis enatas, non potuerit abunde proſpici: eamque cauſſam fuiſſe dicant, quod adventus hoſtium animadverti, niſi ſero, non potuerit. Reſponderet aliquis: non minus adiumento ſervantibus adventum hoſtium eſſe potuiſſe locum: ſi ars & induſtria acceſſiſſet. Quid? ſi exploratores celeritate hoſtium occupati, aut ad perfidiam pellecti non redierint? Serio examine diſcutietur, an in exploratoribus aliis poſt alios mittendis nihil prætermiſſum ſit: an illi ad explorandi officium adhibiti ſint ſociative, in quos non caderet perfidia? an fiduciâ exploratorum dimiſſorum, interim in ſtativis aliquid remiſſum aut neglectum fuerit? an in ſola exploratorum fide ſecuritas cohortium repoſita?

Dimiſſa fuerit (nam & hoc ſolet accidere) valida manus ad tentandas hoſtium vires, addito ſevero præcepto: ne pugnam capeſſat, aut

hoſti

hoſti poteſtatem ſui ad juſtum certamen faciat. Interim favebat occaſio, arridebat victoria: & pæne jam in manibus erat. Sed hoſtis numero auctus, fiduciâ elatos profligat capitque. Plus eſt, quod accuſes, quàm quod excuſes. Imo, ut excuſes aliquid, humanæ conditionis fragilitas, & favoris aliunde nata ratio potius ſuadebit, quàm cauſſa & meritum.

Scimus, & illud accidiſſe, ut plures Duces ex diſcordia, aut æmulatu parum in commune conſulerent, eaque re cladem arceſſerent ſibi & captivitatem. Capti fuerint plerique, non eadem tamen culpa æſtimandi: imo unus & alter innoxii; quos audire ceteri detrectaverant. Sed finge in peccantibus, genus; in innoxiis virtutem eminere. An inde æqualis in utroſque favor? Non aſſeveraverim cito; neque tamen fieri poſſe, negaverim. Virtutem, ratio præhabet: fortuita, tempus attollit deprimitue. Et, ſi ſummus Dux temeritate peccavit ac inſcitiâ, ſunt, quæ eum ſperni in captivitate jubeant, cauſſæ. Romanis, ut ante dictum eſt, ſeveritas in milites; venia in Duces placuit. non eâ tantum ratione, quam explicavit *Machiavellus*; Sed quia Senatus, cujus auſpicio in utramq; partem diſciplina ſtabat, patriciorum eximiorum delicta abſcondi, aliorum oſtentari, inter artes politicas numerabat. *Diſp. lib. 1. cap. 31.*

Parum facilis deliberatio, an pro captivis redimendis urbes, munimenta, jura cedi tradique debeant? Quæ ratio aliis jungitur in

negotiatione pacis, à Stephano Poloniæ rege cum Moſcovitis inſtituta, ubi legatis Polonicis, referente *Reinoldo Heidenſtenio*, mandatum *quia ante Moſchus poſtularat, ut utrinq; pariter captivi redderentur, non parum utrinq; captivorum rationem eſſe oſtenderent, cum in regis poteſtate præcipue ipſius ductores eſſent; illi ex Regiis inſigniorem nullum, ex Nobilitate paucos, reliquos ex promiſcua plebe haberent. Itaq; ut vel Savolotiam ac Nevelam, aut alterutram ſaltem earum, Regi pro illis permitteret, poſtularent: cum ante, integrioribus adhuc rebus ſuis, pro paucioribus captivis Vſuiatam ac Ieſeriſciam obtuliſſet, quarum has nondum tum in poteſtatem Regis veniſſet: vel, cum ipſe ante Sigiſmundi Auguſti temporibus certa pretia in ſingula capita exigere ſolitus fuiſſet, eodem exemplo ſuo ſuos nunc redimeret.* Miſſi in vicem Legati Moſcovitici, *ut de captivis utrinque permutandis agerent, mandatum habebant: quod cum tenere non potuiſſent, ut in locum certum captivi comportarentur, redimendique eis poteſtas, quorum eſſent, fieret, impetrarunt.*

*lib. 6. de bell. Moſcb. p. 423.*

*pag. 428.*

An, ſi aliter fieri nequeat, pace vel intempeſtivâ liberandi captivi, dubitatum conſtat. Verum hoc loco, omnia quæ pacem ſuadent, diſſuadentue, momenta concurrunt. Magna interim ſint captivorum nomina & merita oportet, quibus civitas hoc dare cupit, ut pacem ſuis rebus alienam faciat. Nam temporis cauſſa paciſci, abſque ſerio propoſito, inter ea non eſt, quæ probari debent. Parum etiam firmitatis in ejuſmodi pace ſperatur. Unde

cum

Digitized by Google

cum A.C. 1379. inter Ludovicum Flandr. Comitem & Gandenſes pax conveniſſet, *prudentiores, pacem non fore diuturnam ominantes, initam ab eo (quod verum erat) Nobilium liberandorum cauſſa, dixerunt.* apud *Pontum Heuterum.* nec fefellit eos augurium. *Rer. Burgund. lib. 2. cap. 8.*

Sed iſta fere utilitatibus reipublicæ reguntur. An autem jure fieri poſſit, ut innocentis civis deditione captivi redimantur; apud *Libanium*, ut ante diximus, quæritur: & à nobis alibi diſputatum eſt. *diſſert. de domin. emin.* Illud quoque juris dubitationem habet: an alia civitas, ad liberandos alterius civitatis cives ſibi cognatos aut amicos, bellum gerere poſſit? Si nimirum conditiones ſunt propoſitæ, quas vir prudens & æquus repudiandas eſſe negaverit. Putamus licere. neque enim jus in captivos quæſitum in infinitum patet, inter gentes non barbaras. Longe alia eſt hominum captivorum, præſertim illuſtrium; quàm rerum & locorum, ratio. Hinc urbes, regiones, provincias, pactione in manibus victoris in perpetuum relinqui, nihil novum; at civium captivorum corpora, commercio tali ſubjici, aut pactionis formula prodi, inauditum eſt. ſi præſertim diſſimulationis neceſſitatem, à pactione ſolenni diſtinguas.

Ceterum in cauſſa captivorum militum vel deliberanda, vel æſtimanda, favorem odiumve augent aut minuunt. ambigendique ac definiendi momenta non uno modo diſpenſant, *primo* quidem genius populorum, ac nationum;

*deinde* mores, inſtituta, leges civitatum: quo etiam pertinent rationes adminiſtrandæ reipublicæ, quatenus vel ad famam, decus ac honeſtatem, præcipua rerum diriguntur, vel prima in omnibus utilitatis ratio, ſæpe & ſola habetur, quando item ibi ad militiam, hic ad œconomiam pleraque referuntur: *tertio*, propoſita, conſilia, habituſque animorum apud eos, qui rempublicam tractant: *deniq;* temporum fortunæque commutationes, caſus, conditiones. Quod enim genere ſæpe odioſum aut favorabile eſt, rerum temporibus in contrarium demutatur.

pag. 2. Sed nos quidem, quæ de *captivo milite* conſtitueramus annotare, abſolvimus. Qui volent hunc philoſophiæ locum implere, illis hæc fere quærenda ſupererunt: *De captivitate Illuſtrium, multa ſeorſum conſiderantur: præſertim ſummorum Principum. In capiendis militibus, videndum qui ex cauſſa militia capi poſſint? e.g. an legati, ſi quid præter mandata, in ſe admiſerunt? An Dux hoſtium ſummus, aut ſummo minor, interpoſita fide ad colloquium invitatus; ſi inter colloquium nova & diverſa his, quæ voce literiſq; prætulerat, conſilia hoſtilia comperiantur?* Ubi multæ diſquiſitionis exemplum occurrit incomparabile Ludovici XI. Gall. Reg. quem Carolus Pugnax eo modo cepit; inſtitutiſque conſultationibus cordatiorem ſecutus ſententiam dimiſit. *An ſimulatione congreſſuum, colloquiorumve hoſtem intercipere fas ſit; De ambiguitate verborum aut ſcripturæ, illiciendis, obtentu ſatisfactio-*

Pont. Heuter, rer. Burgund. lib. 5. c. 4. Phil. Comina. lib. 2. & 3.

*factionis, in captivitatem hoſtibus. An captivos illuſtres paſſim circumducere & oſtentui habere, prudentis juſtiq; victoris ſit? Quæ quidem triumphi continuatio eſſet. De ipſis triumphi ſpectaculis. De cuſtodia variis generibus: liberali præſertim & illiberali, tum in ſe; tum pro gradu militiæ cujuſq; captivorum. De vinculis. Quæ retinendi & quouſq; per juſtitiam internam poteſtas. De victu captivis maligne aut ſecus præbito. An in rerum neceſſariarum inopia, captivi potius dimittendi, quàm fame enecandi, aut cadaveribus humanis obſcœniſve cibis paſcendi? De iis, qui captivis inſervire aut officium præſtare cupiunt, admittendis aut recuſandis. De religionis libertate & officiis pietatis apud captivos non impediendis. Quid ſentiendum de iis, qui captivos confictis varie fabulis deludunt; omniaq; à veritate aliena illis ingerunt? De metu captivis incuſſo ad ſecreta prodenda, ad promittendum. De illecebris captivo adhibitis, ut in ſtudia partium ſecreto trahatur. De jurejurando à captivis, ſuper ſecreta pactione exacto. De veneno captivis dato, aut infirmata captivorum valetudine. De retractis ex fuga: & vinculis aggravatis. Quæ poſſit excogitari menſura æſtimandæ redemtionis pretio; juſtitia convenientiſſima, præſertim in captivis illuſtribus. De legatis captivorum redimendorum cauſſa miſſis. De arbitris, & deprecatoribus. De rationibus ſuadendi ac diſſuadendi dimiſſionem captivorum. De conſiliis eorum, qui gratis dimiſerunt captivos, vel apppellati de ea re, vel non appellati. De impenſis in alimoniam & veſtitum captivorum factis. De his, qui humanita-*



Digitized by Google

*manitate in captivos, aut duritia in eoſdem; fortunam vel conciliarunt ſibi, vel alienarunt. De raris & admirandis circa captivos caſibus. De jure in transfugas, proditores, facinoroſos, bello captos. De dimiſſorum captivorum apud ſuos privilegiis; poſtliminio, aliiſq; favoribus. De captis bello civili, cum provincia, & pares inter ſe confligunt. De captis bello civili, quod inter Regem & Regi ſubditos; ſive imperantes & parentes geritur. De captis bello civili inter conſortes Imperij, cum involanti in partem non ſuam, aut ad ſe ſolum trahenti communia jura, arma opponuntur. De notabilibus quibuſdam rebus, quæ captivitatem conſequi viſa ſunt, in ingenio, moribus, fortuna hominum.* Nam de jure occidendi captivos deditoſve, ac temperamento illius juris, *Grotius* egit. Atque hæc hactenus.

## DISSERTATIO V.

*ad Grotij lib.*3. *c.*11. *n.*8.

# QUIES IN TURBIS.

*Sive,*

## Societatis bellicæ declinatio.

INter bella & diſcordias aliorum quieſcere, medioſque ſe & neutrius partis præſtare, nunquam fere defuerunt, qui cupide, quanquam haud raro fruſtra, expeterent. Eam ſi quis *ſuaſoriam* veluti in locum communem conjiceret, arduæ in utramque partem deliberationis momenta, tum aliis modis, tum ita

partiri

Digitized by Google

partiri licebit: ut, quibus cauſſis optari quærique ſocietatis bellicæ declinatio; quibus item refutari, & ab iis, unde petitur, denegari ſoleat, exemplis omnis ævi inſignioribus demonſtretur. Verum, de tractata aliis quæſtione, nos pauca, hac vice, Academici colloquii inſtruendi ergo, carptim attingemus.

Iam primum, ipſa belli deteſtatio, & pacis amor, virtutis & juſtitiæ commendationem habere videtur. Quo nomine *Tacitus* Chaucos veteres laudat, *qui, magnitudinem ſuam malebant juſtitia tueri: ſine cupiditate, ſine impotentia, quieti ſecretique, nulla provocantes bella*: & mox, *quieſcentibus eandem famam*, quæ bello & armis, veluti ſpecioſius quæri ſolet, aſſignat. In primis æquiſſima cogitatio eorum cenſeri debet, qui à bello civili, ac inteſtinis diſſidiis pſurimum abhorrent. Quippe *arma civilia neq; parari neq; haberi bonas per artes* poſſunt. Hinc Attici non moderatio magis, quàm prudentia, præcipuis laudibus fertur, qui *civilibus ſe fluctibus nunquam commiſit, quod non magis eos in ſua poteſtate exiſtimabat eſſe, qui ſe iis dediſſent, quàm qui maritimis.* Quare Domitii ſententia, atrocior, ut erat, omnibus viſa eſt, cum bello civili, *conſultante Cn. Pompeio de mediis ac neutram partem ſequentibus, ſolus cenſuit, hoſtium numero habendos.* Longe autem & humanius & ſapientius Iulius Cæſar, *denuntiante Pompeio, pro hoſtibus ſe habiturum, qui Reipublicæ defuiſſent: ipſe medios & neutrius partis, ſuorum ſibi numero futuros pronunciavit.*

*Germ. 35.*

*Tac. 1. A. 9.*

*Corn. Nep. Att. 6.*

*Suet. Ner. 2.*

*Id. Jul. 75.*

Nam

Digitized by Google

Nam quod Solonis legem vulgo jactare ſolent, *Gellio* laudatam, in ea plus admiratio viri, quàm prudentia, momenti facere videtur. Licet enim *non ad augendam, ſed ad deſinendam, ſeditionem* pertinere putetur eorum propoſitum, qui in partes diſcedunt, ut majore auctoritate, ſuas quiſque partes mitificet, & ad utrarumq; concordiam tutius viam muniat: optari tamen ſæpius, quàm ſperari poteſt is eventus, in licentia multitudinis ad moderata conſilia ſurdæ, ad audacia præcipitis. Meliuſque talia fieri poſſe per medios & neutrius partis, *Plutarchus*, contra legem Solonis, diſputat. Habuit arduæ diſputationis exemplum hiſtoria ſuperioris ſæculi: quando, agreſtibus paſſim tumultuantibus, equeſtris dignitatis vir, non ignoti nominis, in partibus ſeditioſorum ſe non voluntate ſed neceſſitate ſtetiſſe, multaque eorum conſilia in melius flexiſſe, cauſſatus, defenſionem tamen ipſe ſuam, repetito partium malarum ſtudio deſtruere poſtea viſus eſt. In lege porro Solonis, ego probe diſtinxerim ſeditionem & tumultum, à bello civili. Hic enim conſultatione, & mediis conſiliis locus eſſe poteſt: ibi veluti torrente abripi pleroſque neceſſe eſt. Itaq; conſilium Spurinnæ *Gruteri* diſſertatione laudatum eſt; de quo *Tacitus*: *Fit temeritatis alienæ comes Spurinna, primo coactus, mox vel ſimulans, quo plus auctoritatis ineſſet conſiliis, ſi ſeditio miteſceret.* Sicut autem, ducem ſe & auctorem præbere bello civili, ſi ullo modo res abſque inteſtinis armis confici poſſit, aut

citra

*Præcept. ger. reip. p. 824.*

*Petr. Gnodal. Ruſtic. Tumult. l. 1. ſ. & lib. 4. p. 1083.*

*Epiſt. 104.*

Digitized by Google

citra defenſionis, neceſſitatem, nemo cordatus vir cupiat: ita ſuſcepto jam bello, optimorum multos involui, nihil mirum eſt: rara felicitate temporum conſiliorumque, ubi tuto quieſcere liceat. Cato quoque ille, quem *Seneca* dicit, *aliis ad Cæſarem inclinantibus, aliis ad Pompeium, ſolum feciſſe aliquas & Reipublicæ partes,* licet de utriſque partibus bello colliſis, parum præclare ſentiret, & victore Cæſare mori; Pompeio exulare deſtinaſſet; interim tamen bellum elegit. *Epiſt.* 104.

Miſcentur interdum bella, ſicut de Cæſaris Pompeiique armis *Florus* judicat, *non recte civile tantum id dici bellum; ac ne ſociale quidem; ſed potius commune quoddam ex omnibus, & plus quam bellum.* Quod cum uſu venit, ſtudio quietis excuti, etiam pacatiſſimas mentes videmus. Quid enim tutum ſibi inter arma undique circumjecta & eminentia ſperaverint? Neutras partes ſequantur? non minuent belli pericula, ſed augebunt, & utriſque prædæ ac direptui erunt. 4, 2, 4.

Niſi quod tum quoque quieſcere ſua quoſdam infirmitas jubet. Si enim nullum poſſunt momentum facere, vel ad ſe tuendos, vel ad alios juvandos, ſed expoſiti ſunt cujuſuis occupantis viribus, rectius aliquis dixerit & conſultius eſſe, expectare quàm irritare fortunam. Quanquam ne ſic quidem pericula partium licebit ſemper effugere. Quid ſi enim una pars occupaverit talem civitatem gentemque, ejuſque vel invitæ operâ adverſus hoſtem uti

cœperit?

Digitized by Google

cœperit? *Sequi videbuntur, quia prohibere non*
7, 6, 24. *poterunt*; ſicut Maracandanis apud *Curtium* accidit: & Athenienſibus apud *Velleium*, qui *cum*
2, 23, 5. *ab inimicis tenerentur, oppugnabantur ab amicis; & animos extra mœnia; corpora neceſſitati ſervientes, intra muros habebant.* Sed nimirum hi videntur in partibus eſſe, quantum ad fortunam attinet: vera autem æſtimatione, medii & partium ſtudio vacui habendi ſunt, id quod exemplis pluribus docet *Hugo Grotius.*

I. B. 3. 11, 3. & *in annotatis.* Quibuſdam ſumma ratio, quæ pro neceſſitate eſt, ſuadet, ut quieſcant: & locus ipſe favet, ut facultatem quieſcendi impetrent. Finge enim, ita ſitos eſſe quoſdam, ut ſtare eos, nec perdi, utriuſque partis bellantium interſit: neque tam cito in partes alteras cogi poſſe, quin ab alteris etiam non vocatis ſubleventur: dum utrinque ſumma conſilii in eo verſatur, ne pars adverſa ſocietate & poſſeſſione eorum potiatur. Vel ideo quietem cupient, ne tota & varie diſperſa lis, in unum locum ita incumbat, ut veluti ſola & una belli materia ac merces, inter pertinaces affectantium & diſtrahentium manus peritura videatur. Veri eſt ſimile, partes bellantes malle quietem concedere iis locis, quorum quietam poſſeſſionem ſperare nullo modo poſſunt, quàm evertere velle diſtrahendo in partes, quorum ſtantium, vel opinione, vel opera uti aliquâ liceret. Vident enim non calliditate aliqua, aut artificioſis conſiliis quietem affectari, ſed ſinceris propoſitis, & cauſſis neceſſariis ſocietatem bellicam de-

clinari

Digitized by Google

clinari. Atque ubi una pars acquievit his propoſitis, deſperari non debet, quin altera quoque idem ſit factura. Niſi forte in bello alterâ parte fractâ, reliqua invaleſcat vehementius, omnique terroris inſtrumento quietis conſiliis abſtrahere medios illos inſtituat. Ibi tum, quid valeant humeri, quid ferre recuſent, ſerio penſandum; &, quantum fieri poteſt, tarde ac cunctanter à deſtinata quiete recedendum: ſi forte Deus interim & fortuna negotium gerat, neceſſitatiſque imminentis nexus exſolvat. Subeſt ſæpe periculum ſervitutis, ut primum à quiete receditur. Quo nomine laudat prudentiam eorum, qui provido metu, partes ſuſcipere noluerunt, is, qui de *Miniſteriis Cardinalis Richelij* ſcripſit. *lib. 11. c. 3.*

Qui tam bonis ac neceſſariis conſiliis ducti, ſocietatem bellicam declinant, an jure cogi poſſint, ut partibus accedant, quærendum eſt. Facit hanc quæſtionem neceſſariam genius temporum. Non audivimus modo, ſed vidimus, iracunde denegatam juſte petentibus quietem. Quaſi hic eſſet vulgo ſenſus bellantium, ſi vires cogendi in partes adſint, de jure non dubitandum eſſe. Quem morem ſapientia melior ultro refutat. Demtis enim pactionis & fidei vinculis, armorum ſocietatem exigentibus, jure naturæ & gentium liberum eſſe cuique debet, armis aliorum abſtinere, & inter diſſidia externorum quieſcere. Fœdera, etiam bellica, ſua natura libertatis ſunt & conſilii; non neceſſitatis & præcepti. Et

quàm

Digitized by Google

quàm iniqua ratio eſt; noluiſti ſocius eſſe, ergo hoſtem me ſenties, etiamſi hoſtem meum non adjuveris; etiamſi ab omni ſtudio partium te continere volueris?

Inviſi quidem fere ſunt bellantibus medii, tanquam vel ignavi, vel callidi. Nam & cautioni prudentiæque vix meliora imponunt nomina. ſed non ſemper iſta poſſunt ad liquidum deduci: neque ſecreta mentium, ſuſpicioni fas eſt penetrare. Et vel ſic ad conſilii quæſtionem, potius referentur pleraque, quàm ad jus infeſtandi quietos. Itaque via illa media, ſicut amicos non parat, nec de inimicis dubitat: ita hoſtes poteſt merito deprecari.

*Arſac. ap. Salluſt. lib. 4.*

Inter argumenta, quibus quietem diſſuadet, ſocietatem armorum petit, Mithridates hoc ponit: *Illi, quos ignavia aut prava calliditas, uti meis laboribus tuti eſſent, armis abſtinuit, acerbiſſimas pœnas ſolvunt.* Eſtque hæc ratio in primis valida ad infamandam quietem, & ad commendandam ſocietatem bellicam, ſed ut ſuaſoria, ubi adhuc locus eſt trutinæ prudentiæ: pluſne ſit, quod timetur ex quiete, an quod ex ſocietate armorum, detrimenti. Quod hic Mithridati non invalida demonſtratione poterat opponi: ſi quis, utili & præclaro labore, Arſacis nomine reſpondere velit, & ſocietatem armorum, tanto ambitu petitam declinare.

*Poëtarum poſt Homerum princeps*, inſignia duo poſuit quietis inter bella exempla: *Jovis* unum, alterum *Diomedis*. In Jovis exemplo intelligitur ſumma poteſtas & æqua voluntas quieſcentis in diſſidentes. Licet enim poſſet alter-



Digitized by Google

utrì parti accedendo ſtatim rem conficere, quia tamen utramque amavit, ad concordiam redigere eos maluit. id cum parum ſucceſſiſſet, non ſine doloris præfatione, neutras ſe partes adiuturum, & rem fortunæ commiſſurum profitetur:

*Quæ cuique eſt fortuna hodie, quam quiſque ſecat ſpem,* Æneid. 10.
*Tros Rutuluſve fuat, nullo diſcrimine habebo.*
*——— ——— ——— ſua cuique exorſa laborem*
*Fortunamque ferent: rex Iupiter omnibus idem:*
*Fata viam invenient.*

Non cepit οἰκονομίαν operis *Grammaticus*, cum annotat, *Iovem ſimulare ſtudium Iunonis, re vera autem à Trojanis ſtare.* Parum abeſt, quin perfidum Iovem faciat, qui ita ſentit: juraverat enim per Stygem. quod facere non poterat, ſine deterrimo flagitii genere, ſi aliud animo conſtitutum habuiſſet, quàm quod ore promſit. Pertinet ergo ad ἦθος carminis, ut Iupiter invitus quidem permittat bellantes fortunæ, ſed, quod proximum erat, ſine ſtudio partium, propter benevolentiam in utramque partem. Quæ etiam efficit, ut temporaria hæc eſſet quies, non perpetua. Poſtquam enim auctoritas quieſcentis non valuit, imperio tandem finem imponit diſſidiis, nec mollia juſſa loquitur: Æneid. 12.

*Vlterius tentare veto.*

An id facere poteſt, cuicunque ad faciendum vires adſunt? Nam quin facere poſſit, cui imperium eſt in diſſidentes, dubio caret. An idem citra jus imperii liceat, quæritur. Ita putat

lib. 2. c. 50. tat quidem *Velleius, Principalibus armis eos ſe debere interponere, qui non parentem coercere poſſunt.* Et putarunt ſibi licere Rhodii (quanquam infeliciter) apud *Livium lib. 44. c. 14.* Neque fere dubitant hodie. ſicut vel nuperis exemplis conſtat. Equidem favor pacis tantum apud multos poteſt, ut de plano pronuntient, & utilitate illa publica, quæ pacis comes eſt, rependi autument, quicquid minus probum ineſſe in vi tali videatur. Sed accurate inſpicientibus, alia animo ſententia ſurgat oportet. Primo enim, inter ea eſt, quæ fieri non poſſunt, ſi quis potentior dicat bellantibus, non ſubditis ſibi: *conquieſcite ſtatim, & pacem agitate, aut vim utrique veſtrum adhibebo.* Multa ſunt, quibus indiget pax diſcuſſis confectiſque. Neque Alexandri gladius ad nodum hunc Gordium ſolvendum idoneus eſt. Quid ſi ergo aliam viam inſiſtas, & ita agas? *pacem facite rationi & æquitati conſentaneam; aut vim expectet, quicunque juſtas conditiones repudiat.* Tolerari forte apud indulgentiores interpretes poſſes, ſi intra minas ſubſiſtis. Si revera vim expedis, quis te judicem conſtituit eorum, qui nullum habent, præter Deum? Hæc ipſa eſt, quæ Iani templum aperit, porta; ubi nulla judicis copia, nulla judiciorum poteſtas litibus dimirendis ſupereſt. Quærenda ergo eſt nova ratio, ſi dicas: *Veſtra diſſidia meis utilitatibus intercedunt, multiſque meam rempublicam & magnis detrimentis afficiunt. Hinc jus meum eſt, revocare vos à diſſidio, & ſi ſequi non vultis,*

*vultis*, *trahere*. Reſpondebunt: nulla ratio juvat, jus ſuum in alieni juris diminutione collocantem. Nos, ſuum quiſque jus armis perſequimur: tu obtentu juris tui nos vis impedire, quo minus conſequamur jus noſtrum. Si noſtri juris diſceptatione tua læduntur commoda, nullo id noſtro conſilio; adeoq; nec noſtra culpa fit; qui utilitatibus tuis nec invidemus, nec intercedimus. Vbi peſtis, & fames viciniam tuam populatur, commoda tua minuuntur variis modis. Sed non potes intendere litem vicinis, quorum malis, præter ipſorum mentem, tu affligeris. Ita fatum eſt, ut cum vicinis, aliquid patiendum ſit. Tuis quoque malis turbabuntur vicini: quos tibi exinde merito iraſci, utique negabis. Alia quercus excutienda venit. Audio enim quoſdam dicere: *Qui ſpernit auctoritatem, pacem ſuadentis, & æquas iuſtaſque conditiones reiicit; is & juſtitiam lædit, & juſtitiæ patronum: hacque ipſa injuriâ, arma adverſus ſe ſuppeditat, vim adhibituro.* Verum non omnis offenſio, bello cauſſam præſtat idoneam. Quid? ſi de offenſione res ambigua eſt. non offendi te, inquient, quando tuis conſiliis non potui, ut optabam, obſequi. Non ſprevi auctoritatem tuam, ſi tuis monitis mea commoda anteposui. Ne id quidem recte à te dicitur, quod juſtas æquaſq; conditiones repudiaverim: iniquas credidi, & adhuc credo, quas tu æquas dicis. Quiſque habet ſuum iudicium. Fac, me juſta non admiſiſſe. Superior ſit jure & imperio neceſſe eſt, non robore *Grot.I.B.2, 24, 1.*

& viribus, qui juſta negantes, juſte ulciſcitur, ut ante dictum eſt. Quare ad ſpecioſius prætextum confugiendum erit; quod in hunc modum ornari video: *Sancta eſt, & communi vinculo pacis nexa humanarum inter ſe gentium ſocietas; quam violant ac diſſoluunt, quicunque belligerantur. in violatores porro rei tam publicæ, tam ſanctæ, quivis Princeps, quævis civitas, optimo jure miles eſt: ſi ceſſant emendare, quod peccarunt, id eſt, pacem componere.* Honeſta oratio, unde conficias, cogi poſſe ad pacem bellantes: ſi jus illud ſociale, quo humanum genus continetur, unquam tibi ſervandum ex animo ſtatuiſſes. Iubet te idem jus, ſuccurrere infirmitatibus, incommodis, neceſſitatibus cujuſque gentis, iiſque ſublevandis cognatam manum commodare. an hæc te unquam cura ſolicitavit? Sed fingamus omnino (aſſeverare enim non poſſumus) jus illud, quod ex humano genere unam civitatem facere debet, obtinere: non aliter uſque exerceri poterit, quàm per modum judicii, ſicut inter cives unius civitatis. qui cum litigant, ad concordiam quidem & pacem rediguntur, non impetu & vi mera imperii. ſed ſpectato jure partium; ob quod illi aliquid adimitur, huic additur. Jam ergo, ſi placet, progredere extra civitates ſingulas, & vide, an ex orbe toto Rempublicam Platonis, aut Thomæ Mori Utopiam poſſis concinnare. Non opus habebis vate, qui de ſucceſſu te ſubmoneat. Illud autem certo, niſi hoc effeceris, futurum eſt, ut malum malo ſanare videaris velle. Non-

dum

Digitized by Google

dum luſciniæ ſua deeſt cantio. Dicturum enim te puto, *non bellum tibi propoſitum eſſe, & vim infeſtam, dum cogere ad pacem faciendam bellantes, contendis: oſtentationem hanc armorum eſſe, non noxam. eſſe quandam vim ſalutarem & amicam, non hoſtilem. Favere interdum occaſionem, ut manus quodammodo ligentur plus valentibus, aut utriſque, ne concurrere infeſtis amplius viribus queant: ſicut cum pugnaturi manum validior aliquis continet, neque tamen ultra retento nocet, aut vim infert.* Minus erit, fateor, res ſermonibus & invidiæ obnoxia, ſi hactenus intervenis armatus armatis. ut ad fundendum cum & pro altera parte alterius ſanguinem non procedas. Ea enim medicina excederet modum, neque probis rationibus ſe tueri poſſet. Sed qui juſto pioque bello jus ſuum ſe exiſtimat perſequi, iniquum putabit eum, qui ad pacem aliis inde, quàm pacatis modis velit abſtrahere. Ita dum bellum finitur unum, novis aliis ſemina poſſunt ſpargi, & viæ præparari. Verum de his rebus fere ex eventu judicant homines, bonaque aut mala dicunt, prout feliciter ſecuſve ſucceſſiſſe animadvertunt.

Diomedis exemplum, apud Poëtam inprimis nobile eſt, prudentia & expoſitione rerum. *Æneid.* 11. Diomedem opibus & auctoritate rerum geſtarum inſignem, Latinus in Societatem belli ſolicitaverat, metu communis periculi, ſi Æneas in Latio invaleſceret. Negaturus, quod petebatur, Diomedes. primo ſibi conſulit, deinde & Latino: atque adeo pro viro prudente &

 amico

Digitized by Google

amico ſe gerit. Ne huic bello immiſceri velit. ſuarum utilitatum reſpectu; imo religione (id enim potentius momentum ad ornandum & firmandum hunc locum aſſumitur) prohiberi ſe, ait: cum ſtrenuis bello ac felicibus, certamen inire, parum conſultum eſſe, præſertim poſt tolerata belli damna, & triſtem dubiæ fortunæ experientiam: fatis invictos videri, qui nec impune unquam violari, neque excidio deleri potuerint; non prudentiæ modo, ſed pietatis partem eſſe, fatis Æneam ornantibus cedere. Dixit, cur ipſe ſocius eſſe belli talis nolit: nunc pro auxiliis conſilium dat; & pacem cum Ænea jungendam amice & graviter ſuadet. quid enim pace beatius? quæ bello infeliciter mutatur:

*O fortunatæ gentes, Saturnia regna,*
*Antiqui Auſonii, quæ vos fortuna quietos*
*Sollicitat, ſuadetq́ ignota laceſſere bella?*

Melioris eſſe conſilii oſtendit, non modo admittere pacem, ſed vel petere, imo emere, conditionibus etiam non plane optabilibus.

*Munera qui patriis ad me portaſtis ab oris,*
*Vertite ad Æneam.*
*—— Coëant in fœdera dextræ,*
*Qua datur: aſt armis concurrant arma cavete.*

Magnifica & ſplendida hæc quies, quæ alienæ quieti ſtudet; conſilioq; & candore plus quàm armis & ferocia amicos juvat. Quare Latinus Rex, ut erat moderatus & prudens, obſequi conſilio deſtinat: niſi Turnus obturbaſſet. n quo hoc ipſum omen & pignus imminentis

tis fati fuit, conſilii tam probi averſatio. Sicut autem in priore Iovis exemplo, de poteſtate ejus, qui ſocius armorum aut litis particeps eſſe abnuit, quæri poterat: ita hic locum auctoritatis in hoc argumento miro Poetæ ingenio videmus tractari.

Callidæ quietis, & in turbas erupturæ ſpecimen eſt in Philippi Macedoniæ Regis conſiliis bello Punico ſecundo. *In hanc enim dimicationem duorum opulentiſſimorum in terris populorum, omnes reges genteſq; animos intenderant,* inquit *Livius.* *inter quos Philippus Macedonum Rex, eo magis, quod propior Italiæ ac mari tantum Ionio diſcretus erat.* Lætus ille hoc bello (primum id animi male quieturi argumentum fuit) ſed utrius populi mallet victoriam eſſe fluctuans, poſtquam tertia clade Romani affecti ſunt, ad fortunam inclinavit; & per legatos Hannibalis partes amplexus eſt eo fœdere, cujus formulam *Polybius* nobis conſervavit. Specioſa ſane ſunt vocabula, quæ apud Trogum Pompeium Philippus, finiendo cum Ætolis bello, præfert. Sed Hiſtoricus notat artem: *Hoc prætextu,* inquit, *finito cum Ætolis bello, nihil aliud, quam Pœnorum Romanorumque bella reſpiciens, ſingulorum vires perpendebat.* Quamvis autem, ut dictum eſt, fortunæ acceſſit, & potentiores ſibi viſus eſt amplecti partes, tamen ratio eum fugit, & eventus deſtituit: ut ad pacem male relictam, tanquam ad ſacram anchoram confugere adigeretur.

*lib. 23. c. 33.*

*lib. 7.*

*Iuſtin. 29. 2.*

*Livii* locum imitatus eſt in ſimili exemplo
4, 1, 38. *Curtius*: *Magnitudo belli*, inquit, *quod ab opulentiſſimis Europæ Aſiaque regibus* (Alexandro & Dario) *in ſpem totius orbis occupandi gerebatur*; *Græciæ quoque & Cretæ arma commoverat*. Erant Græci hoc tempore, animo & fide ambigui, & fortunam ſpeculabantur: illâ duce partes electuri, ſuiſque utilitatibus occaſiones captaturi. Notat illum animorum habitum & temporaria
4, 5, 11. ingenia, ipſe hic *Hiſtoricus*, quando decretum in *conſilio Græcorum* memorat, *ut duodecim legarentur ad Regem* (Alexandrum) *qui ob res pro ſalute Græciæ ac libertate geſtas, coronam auream donum victoriæ ferrent*. Addit enim: *Iidem paulo ante incerta fama captaverant auram, ut quocunque pendentes animos tuliſſet fortuna, ſequerentur*. Igitur multi Græcorum in Caſtris Darii militabant: cum videri interim vellent, nullo publi-
Curt. 3, 13. co conſilio id feciſſe. Spartani vero, Macedo-
15. 4, 1, 39, & 40. nicæ potentiæ æmuli, non per legatos tantum cum Dario conſilia conferebant, ſed contractis, qui ex Cilicia profugi domos repetierant Græcis, *bellum Antipatro Macedoniæ Præfecto moliebantur*. *Cretenſes*, utut infirmi, pacis odio, & turbarum amore, *has aut illas partes ſecuti, nunc Spartanorum, nunc Macedonum præſidiis occupabantur*. Abfuit his quoque conſiliis callidioribus fortuna; multatique ſunt belli malis,
Curt. 6, 1, qui quietem pati non poterant. *Victoria e-*
16. *nim* Antipatri *non Spartam modo, ſocioſq; ejus; ſed etiam omnes, qui fortunam belli ſpectaverant, fregit*.

Quid

Quid de Achæorum conſilio dicemus? Societatem belli cum Philippo Macedonum rege firmaverant. Romani, ut deſtituto Philippo ſuam ſocietatem induerent, petebant. Philippus à ſociis hoc tantum petebat, ut quieſcerent. *Philippus*, inquit Achæorum prætor, *ſocietatis ſecum admonet & jurisjurandi: non poſtulat, ut ſecum ſtemus, modo ne interſimus armis, contentum ait ſe eſſe. Nulline venit in mentem, cur qui nondum ſocii ſunt, plus petunt, quam ſocius?* Exaggerat poſtea Romanorum vires, Philippi infirmitatem: Et ſubinde ad ſuos ita perorat: *Nam quod* Philippi legatus *modo, tanquam mediam & tutiſſimam vobis viam conſilii ut quieſceretis, abſtineretiſque armis oſtendebat: ea non media, ſed nulla via eſt. Etenim præterquam quod aut accipienda, aut aſpernanda vobis, Romana ſocietas eſt: quid aliud, quam nuſquam gratia ſtabili, velut qui eventum expectaverimus, ut fortunæ applicaremus noſtra conſilia, præda victoris erimus?* Vicit quidem oratoris auctoritas, Achæoſque à Philippi ſocietate ad Romanos abſtraxit. Sed ego rectius ſenſiſſe contenderim, ſi qui Achæis quietem ſuaſiſſent. *Erant Achæi Macedonum beneficiis & veteribus & recentibus obligati*, quod *Hiſtoricus* ſedulo annotavit. Quas ex Philippi ingenio injurias metuere in poſterum poterant; in incerto erant, aliaque adverſus hos metus conſilia proponi videbantur: plena æquitatis erat Philippi oratio, ut quieſcerent, deſiderantis: neque Ariſtænus vera ac certa loquitur, cum dicit: *aut accipienda, aut aſpernanda*

*Liv. 32, 21.*

*Liv. 32, 19.*



Digitized by Google

*vobis Romana ſocietas eſt.* Prorſus enim credi poteſt, Romanos, qui non niſi ex diſcordiis Achæorum in ſpem ſocietatis venerant, admiſſuros fuiſſe rationem juris manifeſtam, ſi dixiſſent: Macedonum in nos ſunt majora merita, quàm ut adverſus illos in acie conſiſtere fas putemus. abunde facimus, ſi deſinimus cum iis contra vos contendere; & neutras partes ſequimur. At enim, Romani, inquis, non tuliſſent Achæos iſta cauſſantes, ſed vim adhibuiſſent quieſcentibus. Potius exiſtimari poteſt, futurum fuiſſe, ut ferrent hæc Romani, & quieſcentibus abſtinendum judicarent. Illud utique certum eſt, non debuiſſe Achæos in re tam odioſa, ad ultimum exuendæ ſocietatis conſilium procurrere ante, quàm Romani quieſcentibus vim armatam intentaſſent. Ariſtæni enim oratio, utilitatis ſpecie nititur; juris rationibus haud æque intenta.

Si quis porro neutrarum ſe partium profiteatur, bona fide debet id operam dare, ne quid faciat, quo alteri parti favere, alteram odiſſe, merito ſuo credatur. Non impediat hanc, illam ſublevet: non præſtet illi, quod iſti negat: ſed aut neutram, aut utramque, neceſſariis rebus
l. B. 3,17.3. ex æquo juvet. De qua re *Grotii* hæc eſt ſententia: *Eorum, qui à bello abſtinent, officium eſt, nihil facere, quo validior fiat is, qui improbam fovet cauſſam, aut quo juſtum bellum gerentis motus impediatur. In re vero dubia, æquos ſe præbere utriſque in permittendo tranſitu, in commeatu præbendo legionibus, in obſeſſis non ſublevandis.* Quod de

cauſſa

Digitized by Google

cauſſa habet, vix eſt, ut in uſum deduci poſſit. Qui neutrarum partium vult haberi, neutras debet juvare vel impedire; citra Cauſſæ æſtimationem, quæ non periculoſa modo, ſed impoſſibilis eſt, in hoc quidem genere. Hoc ipſum ſtudio partium dabitur, ſi hanc juſte, illam inique arma induiſſe judicabis. Sumendum eſt hoc loco quod alibi monet *Grotius*, juſtum bellum dici ſæpe non ex cauſſa, ſed ob peculiares quosdam juris effectus. Mediis juſtum utrinque bellum videri debet cui miſceri nolunt; aut utrinque injuſtum. Si injuſtum utrinque, aut ex altera parte iis videbitur, non jam medii exiſtimabuntur, qui partium unam, aut omnes damnare ſuſtinuerint. Relinquitur ergo, ut intra animum ſentiant aut judicent de injuſtitia belli, minime autem aperiant mentem, & ſignificent: niſi periculis partium velint involui. Unicus eſt modus, ſi quis dicat inter Chriſtianos: ego Chriſtianis nefas eſſe duco bellare; itaque neutris partibus adjungi poſſum. Verum id quoque inter ea eſt, quæ accidere, cum ſerio agitur, nequeunt. Nihil tutius igitur, ad quietis fidem, quàm ſeponi illam quæſtionem de jure bellantium, & quantum ad hoc propoſitum, juſtum bellum haberi, quod geritur. Mihi enim hactenus juſtum eſt, de quo dubitandum aut diſquirendum mihi eſſe non judico. Validior fiet is, qui improbam fovet cauſſam, ſi commeatus ei pretio ſuppeditaveris, ſi tranſitum dederis. Ergo hæc juſtum bellum gerenti præſtanda ſunt, id

3, 3, 5.

eſt,

eſt, alteri parti. Jam non eris medius, ſi uni præſtas, quod alteri negas: cum hæc jure exigant partes bellantes à mediis, ut utriſq; neges, aut utriſque annuas: neq; tibi eam relinquant libertatem judicandi de cauſſa, aut dubitandi. Jam de tranſitu permittendo diſpiciendum eſt:
I. B. 2,2,13. de quo *Grotius* etiam alibi agit. Ubi itidem diſtinctionem belli juſti, ac injuſti, mediis, ut tales ſunt, prodeſſe non poſſe exiſtimaverim. Potius autem diſcrimen in rebus ipſis quæſiverim. Sunt enim quædam ejus generis, ut medii utriſque partibus ea concedere debere videantur: aliorum diverſa eſt ratio, quæ rectius utriſque denegari poſſe dixeris. Prioris generis ſunt commeatus, & res neceſſariæ, ſine quibus ne vivi quidem poteſt: ad poſterius, tranſitum armatum retulerim: neque dubitaverim, naturam has res ita diſcernere, ut illic plus favoris, hic plus ad odium momenti repoſitum videatur. Sed, quid gentibus placuerit, aut hodie placeat, animadvertendum eſt. Conſtare autem inter omnes arbitror: neminem hodie reperiri, quin putet, pacatos medioſque utramque bellantium partem tranſitu armato jure prohibere poſſe; ſi quidem vim non metuant. id quod conſilii eſt, non juris. Ex altera parte non minus indubium eſt ac certum: neminem bellantium ambigere, quin tranſitum denegatum vi liceat aperire, armiſq; vindicare, aut aſtu penetrare. Hæc ſententiarum diverſitas nobis perſuadet, ut credamus, gentes quæſtionem juris mutua diſſimulatione tranſ-

Digitized by Google

tranſmitti (niſi quod obtentui ſumuntur iſta, aut ſuaſoriis adhibentur) & ad pactiones deduci rem totam voluiſſe. Conventionibus certe & tranſactionibus, non juridicis diſceptationibus, omne petendi aut concedendi tranſitus negotium videmus confici. Agnoſcas eum, quem dixi hodie obtinere, animorum habitum, jam olim in Helvetiis & Cæſare. Illi enim, *Allobrogibus ſeſe perſuaſuros exiſtimabant, vel vi coacturos, ut per ſuos fines, eos ire paterentur*: Cæſar autem, *negat ſe more & exemplo populi Romani poſſe iter ulli per provinciam dare, & ſi vim facere conentur, prohibiturum oſtendit.* Ubi autem utraque pars æquam ſibi annuendi & abnuendi libertatem vindicat, naturalis rei exitus non oſtenditur alius, quàm per conventionem & pactionem. *Iul. Caſ. de bello Gall. 1, 6. & 8.*

Non multo aliter forte judicandum eſſet, de negotiationis & commerciorum jure pacatis mediiſque civitatibus inter partes bellantes libero. quam quæſtionem *Grotius* ad jus naturæ ideo referendam ait, *quia ex hiſtoriis nihil comperire potuerit ea de re jure voluntario gentium eſſe conſtitutum.* Ex iis tamen, quæ in *Annotatis* plena manu cumulat, & aliunde, ſatis apparet, gentes exiſtimaſſe, licere ſibi commoda hoſtium ex mercimoniis cum pacatis populis, intervertere: quæ licentia neque naturæ juri uſque quaque repugnat, niſi quod in modo cautionem id dictat. Interdum n. modeſtius, interdum violentius ſuo jure uti videbantur bellantes. *I. B. 1, 3, 5. & Annot.*

prout

prout conſilii ſingularis, aut perturbationis animi movebat inſtinctio.) Eſſe enim ab injuria mediorum & pacatorum abſtinendum, dubio caret. Sed ſi monentur, ſi rogantur, ne intercedant juſtis armis, nec deſiſtunt moniti rogatique; tam liberum ſibi eſſe volunt bellantes, vi prohibere commercia, quibus hoſtis invaleſcit, quàm pacati illi liberum ſibi eſſe cupiunt, mercimonia ſua citra aliena arbitria tractare. Ut rurſus ad pactiones res iſta tendere videatur. Conſultiſſimum certe fuerit, conventionibus iſta definire, ſi modo conveniri poteſt. Anno ſuperioris ſeculi LVI. Guſtavus I. Sueciæ Rex, literis ſignificavit Regi Daniæ Friderico, *quomodo bello cum Ruſſis invitus culpa Magni Ducis Moſcoviæ ſit implicitus. Quum autem Angli novum & inuſitatum per mare glaciale, ut vocant, iter in Moſcoviam ad portum S. Nicolai ſibi aperuiſſent, prætervecti Norvegiam; quod omnibus circumiacentibus regnis, ſed & maris Balthici accolis & civitatibus inæſtimabili damno futurum ſit, dum omnis generis vetita bellica inſtrumenta & arma ad Ruſſos deportarent, quibus contra Chriſtianos nimis muniri, & ad exemplum Turcicæ potentiæ per Aſiam & Africam elatæ, etiam imperium in Europam affectare poſſent. Proinde ſe amice deſiderare, ut Rex Fridericus & ſuo emolumento tuendo, & aliorum Chriſtiani nominis membrorum ingenti detrimento amoliendo, iſtum navigationis curſum Anglis præcludere velit. Eodem, & communium commerciorum nomine ad Reginam*

*Loccen. hiſt. Suec. lib. 5.*

*nam Angliæ* (Mariam) *miſit. Sed ab ea reſponſum accepit: ſe ſuis ſubditis libertatem navigandi, quo velint, ex privilegio nactis, inhibere non poſſe. Velle nihilominus armorum invectionem in Ruſſiam prohibere. Quod tamen factum non eſt. Nec de mutuis commerciis certi quid reſponſum.* In eadem hiſtoria Suecica Rex Johannes II. cum Stenone Sturio bellum geſturus, Lubecenſes, ceteraſque fœderatas urbes admonet, *ut tantiſper quieſcant. nec in Sueciam arma, commeatum, aliaque bellis neceſſaria importare velint.* Ad ea Lubecenſes; *cum merces ſuas, magnam partem facultatum & negotiationis ſocios in Regno Sueciæ paſſim haberent, non abſque ingenti fortunarum ſuarum diſpendio, iſtius loci commerciis abſtinere poſſe. ſe neutri parti addictos, ob regum diſcordiam, libero commerciorum & navigationis uſu, jure gentium recepto, priſciſque privilegiis arceri, contra jus & fas fore. orare igitur, ut Regis cum gratia ſibi in poſterum quoque jure ſuo frui liceat.* Sed Rex Johannes mox naves eorum in Sueciam curſum tenentes armata manu intercepit: neque reſtituit. Hinc diſſidium. Pactionis, qualem laudavi, nobile eſt exemplum in fœdere commerciorum inter Guſtavum I. Sueciæ, & Franciſcum I. Galliæ, Reges ante annos centum inito, cujus articulo VI. habetur: *Omnibus Sueciæ ſubditis liberum erit, cum navibus ſuis, mercibus & commerciis proficiſci ad Galliæ hoſtes & inimicos, eorumq; portus, regiones & terras, ubicunq; eis commodum videatur, ſubſiſtere & commercari, abire*

*Loccen. hiſt. Suec. l. 4. p. 148.*

*A. C. 1559.*

*ire & redire, quando volent: ita ut ea de cauſſa non dicantur violaſſe pacem, aut mali quid eis inferatur à Francis. Et ut Sueci tempore belli commercia eo tutius & abſque omni moleſtia exercere poſſint, dabuntur illis literæ tuti commeatus, quandocunque deſiderabunt.* Quinimo inter ipſos belli ſocios, ſi ſocietas limitata ſit ad certa bella conſiliaq;, quædam à bello quies, qualem medii optant, conſtituitur. Ita fœdere, quod inter Suecos & Belgas anno 1645. convenit & ſequenti confirmatum eſt, cavetur, articulo quidem VI.: *ut neuter confœderatorum hoſtem, qui nunc in præſens hoſtis eſt, aut deinceps enaſci poterit, conſilio, ope, pecunia, commeatu, milite, navibus, nautis, armis, pulvere pyrio, aut munitionibus, ulliſve bellicis rebus aliis juvet.* Articulo autem ſequente, VII. additur: *Licet vero neutri confœderatorum licitum ſit, hoſtem ſui confœderati, dictis priori articulo rebus juvare; id tamen ita erit interpretandum, ut navigatio atque uſus commerciorum liber ſit, ſubditis cujuſque, cum hoſte fœderati, qui alia de cauſſa, quàm ob hoc fœdus, bello cum fœderatorum altero fuerit immixtus; ut ſalvo hoc fœdere, ſubditis ejus cui bellum non eſt, libere liceat navigare, & commercia ſua quæcunque exercere cum ſubditis hoſtium dicti fœderati: Hoc tamen excepto & reſervato, ut ſi quis vel urbem, vel munimentum quodcunque aliud ſeu juſta obſidione aggrediatur, ſeu circumſedeat, animo in ſuam poteſtatem cogendi & adigendi, alter confœderatorum tamdiu ſuſpendat navigationem in ea loca, atque commerciorum uſu abſtineat, ſubditoſque ſuos*

*iubeat ſuſpendere & abſtinere, donec illa vrbs vel munimentum, vi aut pactis occupatum, vel occupatione deſperata, obſidio aut circumſeſſio ſoluta fuerint.* Quæ hic communis Fœderatorum vtilitas dictauit, valde accedunt ad æquitatem iuris naturæ, mediis quoque & quieſcentibus indulgendam.

Pace, quæ anno huius ſæculi quarto Hiſpaniæ inter & Angliæ Reges conuenit, id ſingillatim & ſubtiliter cautum eſt, vt Britanni neutras partes fouerent in bello, quod Hiſpani cum fœderatis Belgii Ordinibus gerebant: eiuſque quietis & mediæ conditionis; ſiue fructu, ſiue iure gauderent, quod ita fere deſignabatur, deſcribente *Hugone Grotio: Hoſtes rebelleſq́; alterius alter ne iuuaret, neu iuuari à ſuis pateretur: attamen priuatorum facta in ipſis vindicarentur, pace publica incolumi. Fliſſingam & Brilam* (quæ oppida, vt Auſtriacæ ditionis, reſtitui Archiduces petebant) *per pactorum fidem negabat ſe Britannus Hiſpano poſſe tradere: interim milites, qui iſta oppida ſeruarent, impermixtos bello fore. Pacandis Batauis vna operam darent: ſi quid eſſet moræ, ſaltem vt commeaturis inter ſe Belgis Angliſq́; iter pateſceret, Britannis Batauicas merces in Hiſpaniam, Hiſpanicas in Batauiam vectare interdictum.* Ex eodem iuris fonte ſubinde Batauí, cum Rege Iacobo egerunt. *Poſtulabat à Batauis, ne prohiberent Britannos, e mari intrato Scalde Antuerpiam ſubuehi, ſolutis vectigalibus, quanta ciues penderent. Illi vero excuſauere, oſtenſo haud iniuria inſtitutum ſibi, ne*

*Hiſt. lib. 13. add. Thuan. lib. 131.*

*H. Grot. lib. hiſt. 13.*

*quis ad hoſtes, niſi mutatis nauibus, peruaderet; quo certius cuncta explorarentur! nec ægre ferendum, ſi poſſeſſo à ſe flumini legem imponerent, cum Hiſpani etiã maris vias amicis auderent præcludere.* Qui hæc inter ſe ad illum, quem dixi, modum ſtatuerunt, non crediderunt certe, fauorem commerciorum ipſo iure tantum eſſe, vt omnis ratio militiæ & ſtatus bellantium, debeãt libertati eorum cedere. Cuius generis infinita ſunt exempla.

Sicut autem, qui neutras partes ſequuntur, ſedulo operam dant, ne actionibus eorum militaribus miſceantur: ita nec bellantibus fas eſt, in pacatis locis, ac regionibus iuri quietorum ſubiectis, ſuas offenſas exequi. Quæ res crebra diſputatione agitata eſt. Cum anno huius ſæculi quinto, Belgicæ naues Hiſpanos apud Doberniam adortæ eſſent, *Dobernienſes, dum* Hiſt. lib. 14. *mari pugnabatur,* (*Grotii* verba refero) *ſpectatores, mox irati, bellum ſolo ſuo importari* (in portu enim conſtitutos Hiſpanos non ceſſabant infeſtare Belgæ) *globos ex arce iaciebant pro nuper hoſtibus in amicos veteres. Batauos ob hæc auſa criminantibus poſtea Britannis reſponſum, non quæſitas à ſe Britanniæ in fluminibus naues, quod tamen impune Dunkerkani feciſſent; ſed calentem victoriæ impetum hoſtem magis ſuum, quàm terræ mariſq́; confiniũ reſpexiſſe. At ipſi haud æq́; facile purgabant, quod ſpecie ſcrutandi Anglos, qui contra Regis edictum mari militarent, haud ita dudum naues Hiſpanicas, partam Batauis prædam, ſuũ in littus pertraxerant, datiſq́; pro legato*

*Phi-*

*Philippi (Hiſp. Regis) vindiciæ, vim belli eluſerant per iuris imaginem.* Non reperit aliud, quod pro Batauis ſuis diceret Grotius, quàm vt excuſando victoriæ impetum, culpam fateretur; & paria à Britannis peccata oſtendendo, litem lite reſolueret. Eſt recentius huius diſputationis exemplum in prælio añi 1639, quo Martinus Trompius Hiſpanorum claſſem in Dunis Britannicis expugnauit, cepitque. Quam victoriam celebrans *Barlaus*, in hoſtes culpam confert, eadem excuſatione, adeoque confeſſione defungens, quâ modo Grotius. *Poſtquam*, inquit, *cauiſſet Trompius, ne mandato & obtento Britannici Regis in ſtationem iſtam iuri, temere contrauenirent ſui, prior ab hoſte impetitus, & vno ex ſuis deſiderato, ſine feciali claſſicũ cani imperat; dum ſpectator pugnæ Britannus cum nauium parte extra partes manet.* Subinde: *Sereniſſimus Rex Carolus, fœderis ſui, quod ſacroſanctum habet, memor, claſſis ſuæ præfecto quietem imperauit, & laudatiſſimo exemplo Hiſpaniæ ſimul Patribusq́; eundem ſe, durante conflictu, præbuit, miſert⁹ ad extremum quarundam nauium Hiſpanicarum, quas à tanto naufragio in ſuos vſus ſeruauit.* Iterum: *Ambiguos habuit ciues veſtros, non vos an iſta rerum facie, illo loco, vbi Dunæ Britannicæ ſunt, & quem veneranda Britannorum maieſtas ſibi vt proprium vendicat; iuſtum eſſet, hoſtem inuadere. Verum, liceat liberum verbum in libertatis regno effari. Neceſſitas, Patres, ante rationem eſt, maxime in bello; quo raro permittitur pugnandi tempora ad clepſydram exigere, & loca*

*Orat. pan. de vict. Hiſp. claſſ.*

*conflictus decempeda anxie definire. concluſa hærebant Hiſpanicæ naves, in Albionis ſtatione, ſub Regis ſummi, vt videbatur, patrocinio, vt quantũ in nobis eſſet animi, ob metum regiæ maieſtatis experirentur. Haud dubium, ſi neglexiſſetis Hiſpanum, arma nobis trans mare inferentem, contemti & Britanno & ipſi Hiſpano & finitimis fuiſſemus. Nunc poſtquam læſi primum, inuaſiſtis, & inuictos vos pernicie hoſtium probaſtis, quis dubitabit patere victoribus maria?* Quæ oratoriis fere coloribus adornata, *Iohannis à Sande Continuator* apertius & citra diſſimulationem refert. Epit. Hiſt. Belg. Fatetur Thalaſſiarcham Anglorum Io. Peñingtonium, monuiſſe Trompium, ne quid in Baiis regiis auderet: mandatum enim ſibi à Rege ſuo, vt aduerſus primũ aggreſſorem, cum oppugnatis ſtaret. Hiſpanos ſubinde initium feciſſe, emiſſo in vela celocis Trompianæ globo, iterũ, glande proſtrato de ſociis nauталibus vno in naue Belgica: cuius cadauer ad Penningtonium miſſum, probandæ offenſionis ab Hiſpanis cœptæ, & exigendi contra primos iniuriæ auctores auxilii. Rem Penningtonio neglectam, ſuſpectos feciſſe Anglorum animos: itaque Trompium, acceptis de pugna mandatis, viginti & octo nauibus, quibus quatuor incendiariæ adiunctæ erant, negotium dediſſe, vt certamine orto claſſem Anglicam obſervarent, ſi quid illa moueretur: à Penningtonio autem literis ſub initium pugnæ contendiſſe, vt vel Belgis primum infeſtatis auxiliaretur, vel certe pugnantibus non interueniret.

Additur quidem interpretatio denuntiationis Penningtonii, tanquam violatâ ab Hiſpanis Anglicâ ſtatione, ex ipſius Regis Angliæ mandato & voluntate Belgis ius pugnandi natum eſſet: non ſine dubitatione tamen, de voluntate Regia. Sequitur enim clauſula: *Si vero ſuæ Maieſtati hæc actio non arriſerit, clementia nobis factum condonabit.* In quibus verbis, confeſſio ſatis clara, alicuius facti, ſolo euentu iudicandi. Niſi enim aliunde ſubeſſet Belgis ſpes, Britannos belli huius turbis inuolui nolle, forte minus liberaliter mandata Regia interpretati eſſent. Cum præſertim Hiſpani factum excuſaſſent: neque id tanti eſſe videretur, vt non niſi prælio expiari poſſet. Inſignia ſunt, quæ congeſſit, iuri Anglico aduerſus infeſtationes mutuas exterorum in æſtuariis, ſinubus, portubus, & Regiis in mari Cameris tuendo, *Io. Seldenus in Thalaſſocratico lib. 2. cap. 22.*

Videri quidem poſſet hoc ius aduerſari iis, quæ ante dicta ſunt, de non impediendis actionibus militantium partium: ſed manifeſtum eſt, ius infeſtandi hoſtis in iuſta etiam militia reſtringi, & limitibus quibusdam includi, per imperium & dominium loci pacati. Licebit tibi ius tuum perſequi, in tuo ſolo, in hoſtili ſolo, in ſolo nullius, in mari, quatenus id extra imperium cuiuſquam eſt: non in portu, cuius ius ſibi vindicat aliquis populus; non in ſolo pacatorum populorum iuri ſubiecto. Quæ vltra tendunt, figurate dicta putabis, ſicut bene explicat Grotius. Facta quoque in contra- *l. 2, 3, 4, 8. & 3, 6, 26.*

 rium

rium adducta, non imminuent auctoritatem iuris gentium: ſed vel de iniuria teſtabuntur; vel infirmitatem aut patientiam gentium pacatarum oſtendent. Solet equidem euenire, vt admiſſo in pacatas terras hoſte, qui arceri poterat, altera pars non immerito ſequi ſe poſſe, & bellum eodem transferre, opinetur. Neq; eſt, quod valide dici contra queat. Euenit tamen, vt haud æque in expedito ſit illa dubitatio. Spectemus exemplum, detractis nominibus. Obſeſſa pars hoſtilium copiarum, cum inopiâ rerum ad deditionem vrgeretur, per pacati induciis populi fines fugâ euaſit. Non auſus eſt fugientes perſequi dux obſeſſor, reuerentiâ pacati fœdere induciarum loci. Licet enim induciæ non tollant bellum, ſed differant: effectu tamen pro pacatis habentur terris, quibus ea pactione quies certi temporis parta eſt. Quid ſi dux obſeſſor exemplum fugientium ſecutus, easdem rapuiſſet victrices copias? Pacati hactenus ſoli domino, æqua aduerſus vtrumque querela naſceretur. Sed an Principi ſuo potuiſſet excuſare, qui abſque mandato voluiſſet vlciſci tranſitum à pacatis hoſti permiſſum, valde dubito. Prudens quidem dux, nunquam temere fecerit, quod an probaturus ſit Princeps, dubitat. Diſceptata ſubinde res eſt literis, incuſatique ſunt, per quorum fines iter fugientibus patuerat. Reſponderunt illi: ſe petentibus tranſitum negaſſe, præterque ſuam opinionem factum, quod auſi nihilominus eſſent fugientes id iter rapere.

ſed

ſed nec impediri eos tam ſubito à ſe potuiſſe. Geminatæ ſunt literæ ab altera parte, denuntiante ſummo duce, pro ruptis habitum iri inducias, ſi iterum hoſtibus illac via pateret; ſecuturis eodem iure, copiaſque in ea loca, quæ hoſtis peteret, translaturis, quibuſcum induciæ pactæ erant. Opponebatur in vicem huic denuntiationi ſanctimonia fœderis induciarum, propoſitique de non rumpendis induciis ſinceritas, quâ ſalua, fieri poſſent interdum apud fines parum munitos, quæ nullo conſilio dominorum loci votoue iuuarentur. Sed hæc quidem inter duces & ſummos rerum adminiſtros diſputata ſunt: ſteritque induciarum de cetero pactio.

Pergendum eſt ad ſimiles quæſtiones, quid liceat in ſolo pacatorum, ſiue in ſolum pacatum. Quamuis enim pacati populi latius dicantur, quicunq; bello ſunt impermixti, etiam longiſſimis disiuncti interuallis; medii autem, quos vel ſitus periculis belli admouere videtur, vel poſtulata bellantium, de ſocietate interpellarunt, vel fœdus cum bellantibus, de non iungendis armis initum, quiete donauit: pacatorum tamen vocabulo hic medios intelligi, ſignarique nil prohibet. Iactatur ergo ſæpius apud bellantes, titulus *neceſſitatis*; ſiue *ius neceſſitatis*, vt *Grotius*, aut *ratio belli*, ſicut hodie loquuntur. *Grotius* ita ſtatuit: *Ei, qui pium bellum gerit, licere locum occupare, qui ſitus ſit in ſolo pacato; nimirum, ſi non imaginarium, ſed certum ſit periculum, ne hoſtis eum locũ inuadat,* l. B. 2, 2, 10.

*& inde irreparabilia damna det; deinde ſi nihil ſumatur, quod non ad cautionem ſit neceſſarium, puta, nuda loci cuſtodia, relicta domino vero iuriſdictione & fructibus: poſtremo ſi id fiat animo reddenda cuſtodia, ſimulatq; neceſſitas illa ceſſauerit.* Atque hoc ius deducit *Grotius*, tanquam poſt introducta rerum dominia reliquias, ex veteri illa communione, quam principio capitis adornare non dubitauit, deſtructam grauibus argumentis à doctiſſimo *Strauchio in diſſer-*
c.1.§.6.&c. *tatione de imperio maris*. Bene de reliquo factũ; quod arctis limitibus rem odioſam conſtringendam iudicauit. Quo accedit & illud, paulo
l.B.2,2,9. ante dictum; *ius* hic eſſe *non plenum*. Reuera enim hæc in iis habenda ſunt, quæ non fiunt ſine culpa & iniuria, ſed recepta fere gentibus conſuetudine, diſſimulantur, aut caſibus belli condonantur. Nam quod nonnemo hic de *commutatione ſpontanea*, ſciente domino pacati ſoli facta, fingit, præter rem noſtram eſt. neque enim pro medio ſe geſſerit, qui ſuo conſenſu ab alterutra parte bellantium ſiuerit occupari locum in ſolo ſuo ſitum. Magna nobis copia eſſet memorandi exempla harum diſputationum ex bellis huius ſæculi Germanicis. Nihil illo titulo, & ſimulacro iuris frequentius; ſed altum de limitibus poſitis, & temperamento æquitatis modo deſcriptæ, ſilentium. Neque enim vel iuriſdictio, vel fructus, vel neceſſitatis obtentu, facta rerum commutatione, ceſſante, reſtitutio, verum dominum ſequebantur. Vt ab hoſtibus capta, non niſi finito bello
& in-

& interuentu pactionis, reddi vidimus, quamuis pacato in ſolo occupata. Quantum ad illum metum attinet, ne hoſtis occupet locum, primo videndum eſt, an non poſſit impediri hoſtis ne occupet: deinde, quia ſine iniuria id facere hoſtis non poteſt, an imitari & præcipere propoſitum inferendæ pacatis iniuriæ fas ſit, exquirendum eſt. Non male enim huc adferas, quod alibi *Grotius* monet: *Aduerſus incertos metus, à diuina prouidentia & innoxia cautione, non à vi præſidiũ petendũ eſt.* Vere iſta, ſed, vt mores & homines ſunt, plerunq; fruſtra dicuntur. I. B. 2. 1. 17.

Dubitabile enim haud raro redditur, quod reuera indubiæ æſtimationis eſt. Quæſitum meminimus, an hoſtis quidem noſtri, ſed pacatas vi alterius pactionis atque exceptas bello regiones, inuadere & occupare liceat? Res ipſa loquitur, non licere, quin eadem opera rupta cenſeatur pax illa altera, quæ illas regiones bello inacceſſas præſtabat. Vnde & conſortibus pacis, ad conſeruandam eius fidem, mutuo nexu adſtrictis, iure maximo tueri regiones illas armis, vimque vi depellere liceret. niſi quod deliberatio de armis quamquam inde ſumendis, moras trahere, & maiora audentibus metum demere ſero ſolet.

Quod ſi de pacato populo aliqui intra præſidia hoſtium ſunt, ante bellum eo profecti; tum *poſt modicum tempus intra quod diſcedere potuerint, iure gentium pro hoſtibus eos haberi poſſe*, *Grotius* cenſet. Intellige, ſi non retenti ſunt præter ſuam voluntatem apud hoſtes. Quod I. B. 3. 4. 7.

 vel

Digitized by Google

vel ita ſit, vt operâ eorum militari hoſtis vtatur; vel eâ non vtens, aliis de cauſſis dimittere eos nolit. Qui operam militarem ipſo actu præſtat, & arma contra fert, quanquam inuitus id facit, hoſtilia patitur in impetu belli, non inopinabili ratione. Neque enim in puncto temporis diiudicari poſſunt, quibus temperamentum iuris bellici ſuadetur. Extra actum militarem apud hoſtes in caſtris & vrbe capta deprehenſi, merito fruuntur illo temperamen-
l. 3. 3. 11. 10. to, quod *Grotius* alibi commendat. Quod in Academiis ad Studioſos, etiam cum ſub ſignis ordinati, extra actum tamen militarem poſiti, deprehenduntur, pertinere debet. Muſis enim neutras partes ſequi, ſuo iure licet. Si tamen ſponte quis ſuâ illo ſe priuilegio quietis priuauerit, animumque & impetum hoſtilem induerit, iam non vt literarum, ſed caſtrorum ſectator habetur.

Eiusdem generis eſt, quod de rebus apud hoſtes quidem repertis, in vrbibus aut intra præſidia eorum, ſed quorum domini nec hoſti-
l. 3. 3. 6. 5. bus ſunt ſubditi, nec hoſtilis animi, *Grotius* an-
& 6. & 26. notat & explicat: *bello eas acquiri non poſſe.*

Facit quosdam medios ratio fœderis, cum altera bellantium parte vel vtraque initi; ſed quod ad ſocietatem belli non obligat. Tum enim bellantes, ſi impetrare non poſſunt auxilia, id ſaltem ſuo iure videntur poſtulare, ne contra ſuas partes aliquid moueant, aut fœdera noua, ſibi nocitura, ineant. Ita Rex Galliæ Carolus, Ludouici XI. filius, in Italia bellum

ge-

gerens, Venetis per legatum, qui hæc deſcribit, demonſtrauit: *per illud fœdus, quod & ſecum haberent, & quod cum parente ſuo feciſſent, non licere ipſis, quoquo modo Gallorum aduerſariis adeſſe; & Regem ſimili conditione ipſis deuinctum teneri: multo minus etiam licere ipſis, inire fœdus illud, de quo tunc frequens admodum rumor increbuerat: quod ſi faciant, diſcedere ipſos ab eo, quod conueniſſet, & violari pacta.* Sed Veneti ad ſolitas ſimulationis artes conuerſi, & in Turcam parari id fœdus cauſati, non prius aperte agendum ſibi putarunt quàm cum fœderis pactio penitus eſſet confecta. Quæſiui huic hiſtoriæ locum, quia nobilibus huius diſputationis momentis conſeritur. Veneti enim, cum crederent, fieri non poſſe, vt Galli in Italia multum procederent, amicitiam præ ſe tulerunt, neque quicquam ipſis aduerſum ſe moturos, quin bona officia præſtituros, confirmarunt. Sed, vbi ſucceſſus Gallorum metum ipſis incuſſere, ſtatim apparuit voluntas, & perſona parum ſincere quieſcentibus detracta eſt. Callida hæc quietis & amicitiæ oſtentatio nec laudem habere poteſt, & ex inuidia periculum ſimulatoribus ingens creare ſolet. niſi quod viribus confidunt, qui iure gloriari non poſſunt. Quod in rumpendo fœdere, re tam ſancta, amplius etiam intelligitur. Quid enim vſitatius, quàm fœdera ſanctiſſimis formulis contracta, vt primum vtilitas communis, ſolum ſcilicet pro moribus temporum vinculum amicitiæ, mutari cœpta eſt, vltro rumpi, & in contrarium mutari?

*Ph. Comine. de bell. Neapol. l. 2. interp. Sleidan.*

Quæ-

Quæri ergo hic poteſt, quid liceat in medios, qui vel vacuum ſtudio partium animum oſtentant, per occultas tamen molitiones, alterutri aut vtrique aduerſa ſtruunt; vel fœderati alteri, aduerſario eius clam ſtudent; vel vtrique fœderati, diuerſis ſtudiis, hunc adiutum, illum depreſſum cupiunt. Primum omnium, nihil ſuſpicionibus, in re tanta, & argumenti odioſi, ſtatuere oportet. Quod ſi autem rerum teſtimonia, non ſinunt dubitabilem eſſe animum eiuſmodi hominum, ſtolidum ſane fuerit, verbis potius, quam factis credere. id quod *Cicero* lib. 45. differit amplius apud *Dionem Caſsium*. Hoſtium itaque loco habendi, ac ſi facultas datur, perſequendi, puniendiq; veniunt, qui *amicitiæ ſpecie fefellerunt*. Niſi quis altiore magni animi propoſito, de iure ſuo cedere, quàm bellis implicari malit, Quæ conſilii quæſtio eſt: & à momentis euentuum belli pendet. Modo enim bello intenti & hoſtibus oppoſitis, conniuere ad iſta, aut veluti ſurdo auditu, quamuis magna tranſmittere coguntur: modo apud fores eiuſmodi ſimulatorum conſtituti, variis rerum verborumq; imaginibus ſe deludi ſentiunt: modo, finito bello, nouis diſcordiis non eſt locus; vel, quod abolita fraudis memoria incluſi ſunt pace illi ancipites amici, vel, quod alia ratione muniti vim non metuunt. Quomodo autem interim, cum iis agendum? Plerique iiſdem artibus petendos exiſtimant, quibus alios decipiunt. Hinc negotiationis & legationum ſpecies ſæpe producitur, donec ex improuiſo arma in ſubdolos

con-

conuertantur. Maioris animi videtur, arguere artes & exprobrare: quomodo nonnullos pudor aut metus emendauit. Niſi quod neceſſaria interdum diſſimulatio, ſecuritati potius, quàm vltioni conſulendum, dictat.

Illis porro, qui medii ſunt, præcipue id datum negotii creditur, vt diſcordantes ad pacem & conſenſionem temperare ſumma ope ſtudeant. Ac interdum quidem conceſſa pactis quies, ſane additam legem habet, de opera reconciliandis ſibi inuicem bellantibus ſerio & diligenter ſumenda. Vbi autem diſertis verbis de ea re nihil conuenit, ſpecimen tamen animi bona fide quieti. ceu propria medii virtus, in eo ponitur, ſi de reducenda apud diſſidentes pace, indefeſſo ſibi ſtudio contendendum exiſtiment. Qui lege ſiue pactione medii ſunt, illis, ſi vel maxime vellent, non ſemper integrum eſt negotio tam arduo manus admouere, ſi præſertim ſint, minus potentes, aut inualidæ auctoritatis. Sed qui de cetero extra partes ſunt, præſertim Chriſtiani inter Chriſtianos, merito ſuam operam in reconcilianda pace offerunt, præſtantque. Quæ nec facile repudiatur. niſi conſtet, eum, qui has partes ſuſcipere vult, verbo quidem vtriſque, re autem vera alteri parti ſtudere; alterius commodis & cauſſæ aduerſari. Erit ergo officium eorum, quos ſequeſtres, internuntios, vulgo parum Latine Mediatores vocant, vt mature bellantium iras interpellent; neque expectent, donec cædes cædibus, da-

mna

mna damnis cumulata fuerint. Deinde, vt æquos ſe vtriſq; præbeant in quantum manifeſta cauſſæ momenta patiuntur. Denique, vt prudentia ſua & moderatione, quæ nocitura ſunt negotiationi, præuertant, extinguant, minuant; validis rerum argumentis vtantur; minis&obiurgationibus abſtineant. An addemus, ne ſuis commodis inter pacificandum ſtudeant? Fruſtra id quidem, & inique à ſe id peti, iudicauerint. Vt enim hodie ſæculum eſt, vix ſerio pacem aliorum amant aut procurant, niſi qui ſuas inde vtilitates ſperant. Finge, abeſſe hoc propoſitum; non aberunt certe ſtudia animorum, occultæ æmulationes, ſpes metusue, perpetua animorum conſiliorumque inter homines intertrimenta. Quia ergo pax & bellum aliorum, multis in quæſtu eſſe ſolet, factum haud raro videmus, vt partes bellantes plane non admitterent eiusmodi proxenetas: vel, ſuaſorias quidem pacis & cohortationes admitterent, negotiationi autem pacis neminem alium admouerent. Quæritur, an ſine iniuria offerentis, talis opera recuſari poſſit? Quidni? quælibet enim ciuitas ſuarum rerum arbitria ita ſibi vindicat ſoli, ut aliis interuentoris vel viam claudere, vel limites ponere, ſuo iure poſſit. Abſit modo ſuperbia & contemtor animus: quo irritari plurimum ſolent, quorum auctoritas ſpernitur. Conſilio enim opus eſt & cautione, vt animaduertas, quid, cui, quomodo negatum eas. Sicut & in ipſa negotiatione, ſi nihil

hil proficitur interuenientium auctoritate, offenſio grauiſſima contrahi poteſt.

Vt arbitratores, aut arbitri compromiſſarii adſciſcantur medii populi principesque, ſuperiore ſæculo nondum deſitum, magis magisque in deſuetudinem abire videtur. Ratio non eſt in obſcuro. Ita enim plerarumque ciuitatum commoda & incommoda mutuis ſtudiis propoſitisque, clam palam ſunt implicita ac permixta, vt vix ſecuro animo eligere velint bellantes, cuius ſtatum animumque nihil præter alienum bonum ſpectare credant. niſi quod in parte negotiationis de pace inſtitutæ, Mediatoribus, quos vocant, quædam committi ratio eſt, vt quod æquius melius videtur, definiant. Reperiuntur pacta inter certos populos, quibus controuerſiæ forte orituræ ad arbitros reiiciuntur. Satiusne eſt tum, nominatim deſignari Principes, an delectum tempori reſeruare? Vtrumq; factum nouimus. Poſterius moras trahere poteſt, & difficultatibus implicari: nec prius, propter fragilitatem & crebras commutationes rerum humanarum, plane videtur vacare periculo. Quare multo prouiſu futuri, & ſolerti cautione verſandum eſt in illa conſultatione. De arbitris oblatis, nec receptis, videre licet *Camdeni hiſtoriam in anno* 1600. *part.* 4. *Eliſ. p.* 768. *Grot. l. 2. c. 20. 46. &c.*

Conatus eludendi arbitrii in Bononienſibus apparuit, qui, cum anno Chriſtiano 1249. cum Murinenſibus pacem feciſſent, controuerſia de Friniano, quod vtraque ciuitas ſibi vindicabat,

Sigon. de regn. Ital. lib. 18. cabat, ad arbitros reiecta eſt. *Itaque XIII. Kal. Ian. Octauiano Cardinali, & Iacobo Epiſcopo Bononienſi præſentibus, ciuitatis vtrimque procuratores certa interpoſita pœna compromiſerunt in Hugonem* (Sanuitalem, nuntium à Parmenſibus ad id miſſum) *& arbitros à Communi Parmæ datos, de omni lite, quæ inter Bononienſes & Mutinenſes ſuper Friniani poſſeſſione poſſet exiſtere: iurantes ſe ſtaturos ſententiæ arbitrioq; Communis Parmæ, quod prætor aut alius rector urbis eius tuliſſet.* Tergiuerſati ſunt, quamquam interpoſito iureiurando arbitris litem ſubmiſiſſent, Bononienſes: & poſt quin-

Id. lib. 19. tum annum *nondum poſſeſſio Friniani reddita Mutinenſibus erat,* (verba *Sigonii* refero) *cuius rei iudicium ad prætorem Parmæ ex compacto reiecerant. Itaque VIII. Kal. Iunii Gibertus prætor Parmæ nuntiis Bononiam miſſis, Ricardum prætorem, Antianos* (magiſtratus hic tribunis plebis comparatur) *Conſiliumque rogauit, vt aut Frinianum Mutinenſibus remitterent, aut procuratores Parmam ad reſpondendum Mutinenſibus mitterent. Qua re audita Bononienſes primum à Mutinenſibus per legatum poſtularunt, vt iura ſua apud ſe potius quàm Parmæ exponere, & Frinianum ſuo potius quàm alieno recuperare beneficio vellent, & cum nihil impetraſſent, XVII. Kal. Iulias Parmam miſſo nuntio Gibertum* (prætorem) *orarunt, vt arbitrium pronuntiare differret. Verum cum rogatus nuntius, num mandatum ad reſpondendum haberet? ſe habere negaſſet; neq; arbitra dila-*

*dilationem poſtulare poſſe judicatus eſt.* Inſtante dehinc Mutinenſi, iterum monitus eſt Ricardus, de mittendo ante certam diem idoneo procuratore. Quæ cum adventaret, Bononienſes ad novas artes converſi, Mutinam miſerunt petitum: *ut Mutinenſes diem judicii prorogari paterentur, ac procuratorem, quem Parmam miſerant, revocarent. Nam ſe comiter per communes amicos tranſigere velle.* Additæ ſunt blanditiis minæ quibus ex pacto juberentur Mutinenſes diruere caſtra citra Scultemnam. Quibus peractis Parmam juſſus erat ire nuntius, dilationeque arbitrii rurſus petita, locum tutiorem Bononienſibus poſtulare, quibus iter Parmenſe à Regienſibus haud ſatis ſecurum eſſet. Inſtante autem Mutinenſi procuratore, ut primo quoque tempore pronuntiaretur, Bononienſi vero diem largiorem ac locum tutum ad diſceptationem cauſæ poſtulante, Gibertus *interfatus tertiam ab eo diem conſtituit. Quæ ubi illuxit, petitionem Bononienſium de loco tuto præſtando rejecit, inquiens, legatos Bononienſes alias veniſſe ſecure, & fidem à Regienſibus impetrare haud difficulter poſſe, aut per limites remotiores tuto tranſire. Quo reſponſo Bononienſis confuſus, iterum concilium generale & ſpeciale popoſcit: cumq; ibi eadem iteraſſet, prætor ejus petitionem repudiavit, atque generali conſilio advocato ita pronuntiavit: Nos Gibertus de Gente prætor Parmæ, arbiter inter Commune Bononiæ & Commune Mutinæ ſuper Friniani diſceptatione*

 *delecti,*

Digitized by Google

*delecti, juris ſolemnitate ſervata pronuntiamus: Frinianum, homines, oppida, & loca cum eorundem jurisdictione ad Commune Mutinæ pertinere & ſine ulla exceptione illi à Communi Bononiæ eſſe dimittenda; præcipimusque eidem Communi Bononiæ, ut ea intra menſis ſpacium libere dimiſſa habeat, alioquin mulctam in compromiſſo expreſſam perſolvat.* Qui has tricas Italas conſiderat, quo animo pacti ſint Bononienſes & jurati, facile intelliget: neque minus in hoc exemplo, quid de arbitris multi ſentiant, animadvertet. Cujus tamen argumenti alia eſt inſpectio.

JOH. LU-

# JOH. LUDOVICI
# PRASCHII,
## DE
# BONO CIVE

Φιλοσοφέμενα.

Cicero de LL. I.

*Ad reip. firmandas & ſtabiliendas vires, ſanandos populos, omnis noſtra pergit oratio. Quò circa vereor committere, ut non bene proviſa & diligenter explorata* PRINCIPIA *ponantur: nec tamen ut omnibus probentur. Nam id fieri non poteſt.*

Digitized by Google

# VIRO

*MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO AC PRUDENTISSIMO*

# DN. ANDREÆ KRANNOEST,

S. R. I. Reipubl. Liberæ Ratisbonenſis Senatori & Conſulari Graviſſimo, ut & Præſidi Curiæ Reditualis Digniſſimo, & Comitiis hiſce ad Illuſtriſſ. Collegii Civitatenſis Directorium Condeputato,

Domino Patrono & Cognato

Colendiſſimo, unà cum foliis his exiguis ſingularis obſervantiæ teſtibus,

*Se & ſtudia ſua*

*dedicat commendat*

JOH. LUD. PRASCHIUS.

Digitized by Google

# SUMMARIUM.

I. Tractationem hanc eſſe Ethicam. II. Quid ſit bonus civis. III. Originis civitatis inveſtigandæ neceſſaria ſubſidia. IV. Natura hominem eſſe liberum. V. Et ſocialem. VI. Societas conjugalis. VII. Patria. VIII. Herilis. IX. Gradus reliqui naſcentis civitatis. X. Ejusdem finis. XI. Et reliquæ cauſſæ. XII. Pactum de civitate. XIII. Jus civitatis. XIV. Patria, ejusque amor. XV. Pacta de imperio. XVI. Majeſtas. XVII. Obſequium civile. XVIII Obligationum harum comparatio, effectus. XIX. Exempla. XX. Contraria.

## I.

DE bono cive, ſeu obligatione erga civitatem, tractat Ethica. Cujus eſt formare actiones ad jus naturæ & omnem honeſtatem: Quanquam *Ariſtoteles* fines ejus prolatavit. Contra quam factum in Politica. Sed cum duas quisque perſonas gerat, communem, ut homo; propriam, ut talis homo: duæ etiam partes Ethicæ. Generalis, univerſis limites ponit; ſpecialis certis ordinibus: ut civibus,

 mili-

Digitized by Google

militibus, conjugibus. Idque rurſus vel generaliter, vel ſpecialiter: ut Imperantibus, parentibus; Duci, gregario; viro, uxori. Politica decerpit partem, partem addit. Imperantium enim actiones dirigit, non ad honeſtatem modò, ſed utilitatem publicam. Idem aliis generibus, quæ multa, accidit. Etſi, ut ignobiliora, non perinde exculta, aut nominibus diſtincta. Nec malè conjuncta ferè actu, ſcriptione conjunguntur. Quo falluntur, qui politicam totam & ſolam Ethicæ ſubjiciunt. Equidem honeſtas præcipit utilitatem, & habet; at non eſt utilitas. Quæ in moralibus ponitur, non monſtratur.

II. Bonum autem civem deſcripturus, duo promittit: faciem civis, & boni civis. Alterum enim ſine altero cæcum. *Tullio* finitur civis: *qui patriam ſuam diligit.* At hæc oratoria finitio, non eſſentiam civis, ſed officium exprimit. Philoſopho itaque fuerit: pars civitatis, communi cum aliis jure & obligatione. Sed hic rurſum prius eſt intelligere, quid ſit civitas, quid jus civitatis, & obligatio. Quam qui implet, bonus civis dicitur. Petamus igitur ex alto civitatis incunabula.

III. Id ut ſincerè ac plene fiat, duo adſciſcemus ſubſidia, inexplorata gentilibus, neglecta fere Chriſtianis: hiſtoriam ſacram, lumen luminis naturæ (ideo hic *Joſepho* Moſes φυσιολογεῖ) & Philoſophiam altiorem. Priſ deſerunt, qui primordia civitatis in palantium conventione non tam ponunt, quam ſtatuunt; Saturnum ſomniantes, Qui

Arch. l. 1. c. 3.

*Qui genus indocile, ac diſperſum montibus altis*
*compoſuit, regesque dedit.*

poſterius, qui à natura, quam ejus parente, malunt proficiſci. Sine quo nec natales civitatium (quos alicubi conſecratos legimus) vigorque, nec vis imperii, in ſanguinem præſertim hominis, nec regum ſanctitas & officium intelligitur. Inde plurima labendi proclivitas. Ut, cum legislatori aut Judici bonum civitatis unicè commendatur. Ita capitalis error in ethicis, finem ſummum proponere felicitatem. Cum ſit creatoris cultus. Primariò enim Dei, ſecundario noſtri cauſſa ſumus. Nec felicitas honeſtate, cæterisque animi bonis, exhauritur. Ariſtoteles enim faſtigia rerum carpit. Sed diffundemus libro de Finibus. Nunc ad inſtitutum.

IV. Deus eſt liberrimum agens. At effigies Dei, ac veluti numisma, debuit eſſe homo, etiam *Ovidio*. Quare & accepit libertatem. Sed ut Deus, ita libertas ejus infinita; hominis, humana. Itaque natura eſt liber. Ne autem cum vulgo in tenebris oberremus, diſtinguatur. Intelligi poſſit hic natura, primo de primævo ſtatu. Secundo de conditione hominis, id eſt, qualis quilibet naſcatur, cum potentia, tum actu. Ea vel communis, ut ſcientiæ; vel propria, ut hujus aut illius ſcientiæ capacitas & appetitus. Unde ſapienter colliguntur fines. Quod ſi cogitarent multi, parcius aliorum ſtudia notarent. Ultimo, de innata lege Dei. Jam libertas alia voluntatis, vulgò arbitrii: quam & contradicti-

*Met. 1. a*

*V. 1. Cor. 12. 7.*

onis vocant. Cui adverſatur interna coactio: qualis beſtiarum, voluntate defectarum. Actionis alia. Cui opponitur aut vis naturalis, aut moralis, jus vocata. Id vel eſt dominii, tam abſoluti, unde ſervitus; quam reſpectivi, unde certa jura perſonalia ac realia: vel imperii, ac primum veri. Quo modo liberum regnum, concio democratica, populus collectivè ſumtus. Dein figurati: cum quis imperat ſibi, id eſt, iram cæteraſque perturbationes rationi ſubjicit. Unde Stoicum paradoxon, *ſapientes eſſe liberos, ſtultos ſervos*. In primiſque, cum quis metum in loquendo. Græci παῤῥησίαν nominant. Virtutem rerump. corruptarum. In rectis enim ſperat veritas, non timet. Ex hoc ſchemate pateſcit, ſeptem maximè modis libertatem accipi. Quomodo igitur natura homo liber? Ab interna vi, ſimpliciter. Quod enim examen in bilibri, in homine eſt voluntas; inclinarique poteſt, cogi neſcit. Excipiunt ſanè actus voluntatis imperatos. Sed hi, ſi externa vi cientur, non ſunt voluntatis, niſi materialiter; ſi interna, non coacti. Ab externa, actu liberi naſcimur. A ſervitute ſæpe actu, interim & potentia, poſitive tamen. Dei verò intuitu, omnes ſervi; nec ut in humanis, quoad actiones ſerviles, ſed omnes. Obligationes aut natura ingenerat, aut confirmat. Ab imperio, præter primum hominem, liber actu naſcitur nemo, quidam potentia: fieri autem poſſumus caſu, re ad primævi ſtatus formam redeunte. Domare affectus, atque

1. Cor. 10. 31.

adeo

adeo metum in veriloquio, natura minax jubet. Si ſpectes æquitatem, imperium hoc internum Ethicumq;, junctum eſt externo. Qua ratione ferri poſſet Stoicorum ſapientis regnum.

V. Porro Deus ut apparet, cogitavit homines, non hominem; nec tam individua, quam ex his corpus. Idque, ſi fas illuc penetrare, perfectionis & finis cauſsâ. Quo enim magis unum quidque, eo eſt perfectius. Unde ingens illa catena, ſeu connexio univerſi: per quam ut nihil vacuum, ita nec hians. Inprimisque gloriam Dei hoc multimode extendit. Omnium verò compoſitorum duo ſunt principia: conſervationis, unio; deſtructionis, diſſolutio. *Empedocles* amicitiam & litem nominat. Inde *Boethius*: *l.2. Metr. 8.*

*Hanc rerum ſeriem ligat*
*Terras ac Pelagus regens*
*Et cœlo imperitans amor.*

Deus ergo, dum corpus, unum voluit. Eoque unum omnibus patrem, unam regulam, rectam rationem; cupidinem procreandi, ſciendi, excellendi; amorem mutuum inter generantes & generatos; ſolitudinis tædium, horrorem; inſtrumentum ſociale, linguam; infirmitatem egeſtatemque; obligationem in omnes, naturale temperamentum, libertatis; & mandatum, Honora patrem, dedit. Quare valeant, qui naturam & ſocietatem fœdè dividunt. Non ita veteres. Quorum & pars, Adamum comparem deſideràſſe putat.

VI. Quibus ergo gradibus nata eſt civitas?


Digitized by Google

Natura enim agit ſimpliciter & ordine. Primò ex terra homo unus,ex hoc item unus editi. Simul ac duo, mas & fœmina, fuit ſocietas, dicta maritalis : de qua *Geneſis*. Societas enim rationalium, animalium eſt congregatio. Illa ponit vinculum & ordinem. Qui vel dignitatis vel juris. Quoad utrumque prior mas, ingenio, viribus, ſed & tempore, & quod fœmina propter eum, & ex eo ficta & dicta. Lapſus itaque non imperium inchoat, ſed diſtinguit. Acceſſit vox divina, & conſenſus gentium. Si Lycios, Ægyptios, aliosque in rationem contumaces eximas.

2, 24.

*Vid. Arniſ. de jure connub. c. 7. ſect. 1.*

VII. Ex hac ſocietate, extitit nova natis liberis. Quos utri parentum mancipet natura, ambigunt. Ac excuſatius errant, qui utrique adjudicant, quam qui matri. Niſi quod extra conjugium, partus ventrem ſequitur. Scilicet in ſocietate ſociis acquiritur, non ſocio. Tum ad generandum uterque pariter concurrunt. Inde utrique in liberos, & his in utrumque innaſcitur amor. Nam laborem matris in puerperio, labor patris in quærendo penſat. Verum, ut ex dictis liquet, ſocietas eſt hæc inæqualis. Sicut ergo *fieri nequit, ut, quod naſcitur, meum ſit; quod generat, alienum : ita quod ex re noſtra ſit,* noſtrum eſt. Jure igitur paterna nuncupatur. Nec tamen nullum matris imperium, ſed ſubalternum. Lunæ ſimilis, mariti radiis coruſcat. Quærunt autem, quod ſit poteſtatis hujus fundamentum. De generatione ſola negat *Hobbius*, ratione parum geome-

*Quintil. Decl. 13. Paul. l. 12. §. 3. D. ad exhib.*

*V. Gen. 37. 10.*

*de cive c. 9. §. 1.*

geometrica. Nihil tam naturale, quam mei juris eſſe, ut me ipſum, ita partes mei,& viſcera. Eo filius, ſimul naſcitur: patris eſt. Sicuti Dei, jure etiam creationis ſumus. Educatio igitur ad virtutem patriam pertinet, generatio ad poteſtatem. Ex hoc obſequii & honoris, ex utraque gratitudinis debitum. Quantum ergo beneficium eſt, gignere? quantum, eſſe hominem. Niſi & Deo, creationis nomine, nil debetur. Similia enim gignere & creare. Ideo parentes dii, Deus pater dicitur.

*O pater, ô hominum divumque æterna poteſtas.*

At *voluptatem* ſpectat genitor, non beneficium. Stoicus hæc,an Cynicus loquitur? Quantô gravius *Ariſtoteles*: φυσικὸν τὸ ἐφίεσθαι, οἷον αὐτὸ, τοιοῦτον καταλιπεῖν ἕτερον. Cauſſam alibi deſignat, imitationem æternitatis in Deo & conſervationem, ut individui, ita ſpeciei. Sed ſint tam bruti quidam.Etſi rationis eſt, humanius hæc interpretari. Quod non meruit pater, tu non debes? Beneficiorum regula non eſt voluntas ſola dantis, ſed legiſlatoris DEI. Quam explicant verba *Eccleſiaſtici*: *In toto corde tuo honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliviſcaris. Memento, quoniam niſi per illos natus non fuiſſes: & retribue illis, quomodo & illi tibi.* Denique vitam eſſe bonum naturale, & quidem princeps, ratione, ſenſu, teſtimoniis conſtat. Ideo orat Palinurus, in *Æneide*, *per cæli jucundum lumen & auras.* Ideo nefas eſt, adimere. Nec probavi unquam aut in philoſophia aſſertiva ſequendos putavi Stoicos:

*Sen. de Benef.* 3. 30. *Pol.* 1. 1.

7. 29.

*L. 6. V. Stobæum, ſermon.* 279.

 cos:

cos: quorum ſpecioſus faſtus virtutem ſolam bonum eſſe rhetoricantium, injuria creatoris & ipſorum eſt. Obviatum eis ab Arniſæo.

Rel pol. l. 1 ſ. 14. & l. 4. ſ. 2. & ſeqq. l. 6. ſ. 16. l. 1.

VIII. In harum ſocietatum uſus, adoptata eſt herilis. Nam illæ pertinent ad vitam, hæc ad neceſſitates vitæ. Quare etiam à natura: quæ voluit, hominem homini eſſe inſtrumentum aut motorem. Eoque facultatibus diſtinxit. Quod emblemate claudi & cæci demonſtratur. Nec ideo, qui potentia, actu quoque debet eſſe ſervus. Sicut non omnes neceſſario nubunt aut generant. Quædam natura ſuadet, quædam cogit. Ambitio igitur, non jus eſt, ſub hac cauſa barbaros pacare. E diverſo, quis neget, Claudio imperandi jus fuiſſe? Omnis ergo ſervitus ſtat obligatione ex contractu vel delicto. Et quidem hodie tenet conductio, quæ ſervum eximit poſſeſſionibus. Bello inductæ ſcaturigo hæc eſt. Peſſimum, injuſtitia armata. Poſſunt igitur arma ſeu nocendi vires, adimi injuſtis, vel in pœnam, vel ſecuritatem. Id maximè teneri, libertate erepta, gentes olim crediderunt. Abiit ergò in formam juris civilis plurium gentium. Sic tamen circumciderunt, ut liceret fugere: producente bello effectum ſibi ſimilem. Quò flectas id, quod dicitur, vi quæſita, vi tenenda eſſe. Præclare etiam circumcidit Grotius. Obligatio vero ſervi, ex pacto aut moribus, aut fine, æſtimatur. Etiam leges addunt multa. Quale jus vitæ & mortis, De quo *Juſtinianus ex Gajo: Apud omnes pera-*

J. B. 3, 15.

ſ. 1. J. de his, qui

que

*quæ gentes* ( paullo aliter *Theophilus* ) *animad-* *ſui G. al.*
*vertere poſſumus, dominis in ſervos vitæ necisque po-* *Jur. l. 1. §.*
*teſtatem fuiſſe.* Reſtringit hæc exemplum He- *1. D. eod.*
bræorum, qui occidi volunt occiſorem ſervi : *Exod. 21,*
reddita ratione, ut eradicetur malitia cordis, *20.*
& crudelitas. Secuti hoc Ægyptii. Nec ta- *ap. Diod.*
men peccat, qui occidit, ex cauſa capitali, & *Sic. l. 1.*
porrigente gladium lege : cujus ſit miniſter. *Bibl.*
Sed parentibus hoc injungere, quicquid ſen-
tiant *Halicarnaſſeus & Bodinus*, inhumanum;
dominis, periculoſum. *Nunquam enim iratus* *Antiq.*
*qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tene-* *Rom. l. 2.*
*bit, quæ eſt inter nimium & parum.* Hactenus de *de Rep. l. 1.*
ſervitute. Cujus inſtar, in familiis primis & *4. Cic. offi.*
paupertinis, operæ mutuæ & jumenta. Ac *c. 1.*
Caino haud dubie bos pro ſervo. à quo ſub-
jugandi vox & ritus.

IX. Ex his partibus familia magis primo, quam domus; & poſtquam liberorum erant liberi, familia ſeu pagus; & his auctis civitas quædam cognatorum, præſide omnium patre. Ad quem jure elogium *Philoſophi*, cautè *Pol. 1. 2.* acceptum redit : *ὁ πρῶτος συστήσας, μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος*. Imperium ergo prius, pacto de imperio; & divina conſtitutio, humana; & regnum optimatu, optimatus ( ſi rectè ita nominamus ) libertate. Quorum fatalem circulum alii evolverunt. Imperium enim, quo propius unitati, eò eſt ſimplicius, atque in ſe perfectius. Ex aucta hominum multitudine, ac proinde diſcrepante & ſibi gravi, è civitate primitiva derivatæ coloniæ, & receſſum à di-

verſis

verſis; ut Caini grege. Cujus & urbs refertur,
H. S. lib. 1. Henochia. Nam *Sulpicium Severum*; circa conditorem, memoria fefellit. Inde aliæ aliæque civitates; ſociatæ tamen jure naturali, moderatore Deo, *rerum cui ſumma poteſtas.* Iidemque ſingulis reges qui genitores. Extinctis illis, tot reges, quot heredes aut paterno juſſu, vel pacto, prudentiſſimus. τὸ μὲν γὰρ δυ-
Ariſt. pol. 1, 1. νάμενον τῇ διανοίᾳ προορᾶν, ἄρχον φύσει. Talis autem naturaliter ſenior. Bona ſcilicet imperii, ratio & experientia oſtendebant; infirmiore etiam arbitratu. Seceſſionem excepit commixtio, ſeu migratio ex civitate in civitatem; matrimonii, aliisve cauſſis. quo laxata ſenſim cognatio, & corrupti mores, teſte
6, 1. & ſeqq. *Geneſi.* Imperia quoque varie acquiſita, vel mutata. Et hæc ſummatim de ortu civitatis: nunc explicatius.

X. Omnium rerum finis, in ordine agendi eſt extremum; in ordine ad agendum primum. At naturam ſequitur doctrina. Primum ergo inſpiciamus finem civitatis. Omne enim agens per intellectum, agit propter finem. Is autem homini duplex. Actio igitur hominis per intellectum, primario Deum, ſecundario ipſum reſpicit. Quare qui colunt aut inſtituunt ſocietatem civilem; moventur, certe debent, ſingulari voluntate DEI, & utilitate. Prior, vel eſt inſita, vel revelata. Illa ex ſuperioribus, hæc ex pandectis ſacris eſt petenda. Utilitas *peripatetico* eſt αὐτάρκεια, exquiſita voce. Quæ includit σωτηρίαν, ſeu ſalutem, ethnicis etiam conſecratam. Imago e-

jus

jus cornu Amaltheæ. Scienterque diſpertitur in τὸ ζῆν, cui gradui nomen eſt neceſſitas; & εὖ ζῆν. Quorum illud prius, natura & cura. Spectant hoc civilis ſacramenti formulæ, quæ averti damnum, procurari commodum jubent.

XI. Geminus finis hic ut teneatur, partim ab hominibus cautum. Inde civitas duplex: nata & inſtituta. Illa, quo ſimplicior, minus eget explicatione. Hæc illam penſat & imitatur. Juvet audire quomodo. Scilicet coëunt ſoluti, ut jungantur. *Omnibus idem animus.* Nullum jus majoris partis. Illum ſignificantes, paciſcuntur de civitate ſimul atque imperio. Sapienter itaque *rex Philoſophorum*, principio divini operis *de Rep.* civitatem velut in baſi, collocat in juſtitia. Quam πολιτικόν τι vocat. Cœtum itaque paciſcentium, pro concione ſuffragantium, ſeu *Democratia*, accipit *Hobbius*: à qua reliquas formas ducit. Quo *Elem. de*
ex placito ſequeretur, civitatem tunc, cum fit, *cive, c. 7.*
jam eſſe. *§. 5. 6. &*

XII. Duplex vero pactum memoravimus; *11.*
de civitate & imperio. Prius de priori. Societas eſt inter plures. At hi, qua plures, diſſociabiles. Opus igitur, ut dictum, unione, ſeu conſenſu. Qui in eo vertitur. Societas cum ſit finis cauſſa; ſociorum eſt, ad finem pariter moveri. Nec autem motus hominis uniformis eſt, ut naturalis: ſed contigit illi etiam aliter moveri. Opus igitur vinculo & vi quadam. Sicut tauros jugum continet, ne in

diverſa tendant. Tale vero, pactum, vim ſuperioris minitans. Inde nomen obligationis, & mos jungendi manus, junctarum voluntatum ſymbolum. Summa proinde hujus pacti finis; id eſt, præter concelebrationem numinis, cohabitatio & auxilium mutuum: quod eſt in conjunctione voluntatum ac virium: verbo, ſtudium boni ſocialis impenſius atque propius. Obligatione enim hac civili naturalis & adſtringitur & determinatur. Nec ideo, quod non nemo poſtulat, civitati, quam univerſo collectivè ſumto, es devinctior. Quale pactum, ut naturæ deſtruens, foret irritum. Lex eſt naturalis, Bonum privatum cedat publico. At in comparatione civitas eſt privata, mundus civitas, Socrates κοσμοπολίτης. Quæ fatetur, qui permittit, in univerſum ſalubria & vera, civitati ingrata, aliquando ſcribi. Nam &, quod omnibus, ipſi expedit civitati. Primitus autem pactum hoc tacitum, mox apertum: acceſſit, malitia creſcente, jusjurandum. Quo citra reſpectum imperandi vel parendi cives omnes, ut cives obſtringuntur. Ideoque ſummo imperio nihil detrahit. [*Ariſt. pol. 3. 3.*] τῶν πολιτῶν, καίπερ ἀνομοίων ὄντων ἡ σωτηρία τῆς κοινωνίας ἔργον ἐστί.

Eminenter tamen obligati cenſentur imperantes. [*G. Juret. ad Symmach. Ep. 3. 55.*] Nam *res eſt publica Cæſar.* Inde connexio & reciprocatio utilitatis principis ac populi. Sicut eadem ſalus navis & naucleri. [*Plin. pan. 94 add c. 73. & 72.*] *Non pacem*, ait ille, *non concordiam, non ſecuritatem, non opes oramus, non honores: ſimplex, cunctaque iſta complexum unum omnium votum eſt,*

*ſalus*

Digitized by Google

*ſalus Principis.* Exemplo ſit Julius. De quo *Tranquillus* & *Seneca.* Ivit hæc res in theatrum, ac ſolennia vota & formulas. Ex qua, præclara ſunt, quæ eliciunt *idem auctor*, *Tiberius Taciti*, *Juſtinianus*, *Panegyriſta Conſtantini*, *Grotius*, *Ameſius*, *alii.* Nos illud: tyrannos non tam id peccare, quod utilitates ſuas unicè ſed quod malè curant. Niſi populariter loquaris. Nec ex ſentibus uva, nec ex vitio vera utilitas. Dialectici igitur mali conſequentia non vident. Adeoque imprudentia pleraque & ſe præcipitant. Ex quo claſſes principum ſubnaſcuntur quinque. Prima ad remp. Platonis pertinens, ex amore flagrantiſſimo virtutis ac populi, ad hunc omnia refert. Secunda, in qua principum optimi, ſecundario gloriam ſuam & reditus ſpectat. Tertia & frequentior, in ſua præcipue commoda, non ſine labe fertur. Quarta, nullo in ſuos affectu, ſibi tantum, adhuc tamen absque malo publico metit. Ultima, odio in ſubjectos, nec horum, nec adeo ſuum ſectatur bonum. Tyrannidis nota, quam ſuperbiæ nomine ſignant veteres. Extremitas ejus eſt, Cajanus furor.

*In Caſ. c. 86. De clem. 1, 4. De clem. 1, 5. Annal. 4. & 8. l. un. §. 14. C. de caduc. toll. Paneg. c. 9 de J. B. 2. 1. 8. de Conſc. 5, 25, 13.*

XIII. Quia de cætero pactum hoc mutuum; dum obligamur, obligamus. Quod jus civitatis appellatur. Proinde finiatur: fruendi plene civitatis commodis facultas. Plenè: qui enim partim, conſummatus non eſt civis. Eô differunt, civem, & in civitate eſſe. Ipſorum civium alii magis tales, alii minus. Commodis jus hoc conſtat, non oneribus. Etenim

enim jus commodo, obligationem onere metimur. Illud enim addit; hæc adimit; adeoq; eſt defectus juris. Poëta, ajunt, naſcitur, non fit: quatenus natura præſtat arti. Civis vero; aut fit, aut naſcitur. Inde jus civitatis hereditarium, vel quæſitum emtione, vel donatione.

XIV. Juris hereditarii reſpectu civitas appellatur patria. Quam vulgo de nativitatis loco exaudiri, notorium. Erga hanc ut talem, obligatio nec extat, nec deſideratur. Sufficit enim continendo univerſo jus humanitatis ac civitatis. Interim diligitur; idque vel qua locus eſt originis, vel nominibus aliis & hinc alienis. Prius eſt ex ratione, & aſſuetudine. Nam & cum loco, boni ibi accepti reminiſcimur: &, ut P. Syrus habet, *graviſſimum eſt imperium conſuetudinis*. Exempla obvia & teſtata ſunt, Ulyxes (cui *Neritos ardua ſaxis potior* immortalitate) Abrahamus, alii. At fingi poſſunt alia, quæ hos moverint. Eſto. tanquam non unius rei plures queant eſſe cauſſæ: aut non ſit *amor patriæ ratione valentior omni*. *Ovid. de Pont.* 1, 4. Poſterius ex natura eſt, & ratiocinatione utilitatum. Sed natura vel accipitur de inſtinctu, uel de jure. Ille vel eſt univerſalis, quo omnes adæque concitamur, ex principio univerſali & interno: vel particularis, qui pro diverſitate loci diverſimodè movet, de quo *Barclaii Icon animorum*. c. 2. Per hunc natali ſolo conciliamur, ſed hæc in tranſitu.

XV. Sequitur pactum de imperio. Nam & hoc cum maxime ad formam civitatis pertinet

tinet. Dictum enim, contineri multitudinem unitate, unde provenit; hanc fide mutua. Ne hæc quidem ſufficit. In multitudine quippe ineſt numerus, in hoc primum, id vero perfectiſſimum. Erit igitur in civitate primum. Deinde ſocietas eſt totum; hujus verò partes; harum cohærentia quædam & aptitudo. Opus igitur vi interius continente; pacti ſuperioris vindice. Tertio ſocietas eſt hominum: qui diſſimiliter agunt, liberi voluntate, ingenio diverſi, maxime poſt lapſum & eclipſin rationis.

*Quot homines tot ſententiæ: ſuus cuique mos.*
Opus igitur ratione, dirigente ad finem. Sicut tauris agitatore. Illud vero primum dignitate, continens vi, dirigens ratione, quo ad unitatem porro redigitur atque exigitur multitudo, in civilibus imperium vocatur, & ordo. Similis animæ in corpore, ducis in chorea & exercitu, gubernatoris in navigio, primi mobilis in cœlo, DEI pythagorici in mundo, de quo Poëta:

*Principio cœlum ac terras, campoſq; liquentes*
*Spiritus intus alit: totamque infuſa per artus*
*Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.*

Imago ejus rei in apibus. Qui igitur in civitatem, conſentiunt etiam in imperium, atq; adeo ſubmiſſionem aut donationem regni ſui. Et hoc pactum primum, reciprocum inter cives, de imperio. Secundum hæc conſultando, decernendo, conſentiunt omnes, ſi manere cives velint, in unum pluresve: quorum voluntati,



Digitized by Google

reliqua ordinaturæ voluntates omnium cedant. Quæ ceſſio, ſi non re, effectu idem eſt, quod conſenſus, & reſpectu primæ conſenſionis. Fictum inde nominaveris: qui vero, ut non impetrabili, ſuccedat. Eminens illa voluntas, cæterarum norma boniq; communis definitio, lex vocatur. Legislator autem eſt Imperans. Cui, ut ſit talis, civium hæc voluntas declaranda & firmanda: ſicque colligandi bini ordines, in quos ſocietas diſceſſit. Inde pactum alterum, inter cives & imperantes, non reciprocum. Nihil enim hi, qua tales, transferunt, ſed jus acquirunt. Quocirca eorum vitia aut officia, in pacto civitatis, cujus membra ſunt, quærenda.

XVI. Ex his apparet genius imperii civilis: quod & ſupremum dicimus, & eminens. Ampliusque apparebit, ex obſequio huic oppoſito. Si præſertim & reflectare ad finem civitatis: qui modificatur actiones civiles. Nec exſcribo, qui doctè majeſtatis jura ex hoc fonte derivarunt, explicarunt, partiti ſunt. Nam & miſerum, debere; & inſanum, actum agere. Illud adjungemus, naturalem horum jurium eſſe ſeriem. Partes enim toto, & illarum una prior altera. Sic naturâ prius eſt jus belli, quam pacis; judicii, quam belli; legis quam judicii. Poſteriora, quæ ponunt malitiam, multitudinem, aut uſus rariores. Hæc jura qui peritè rebus applicat, bonus Imperator ſalutatur.

XVII. Obligatio hinc enaſcens, obſequium

um civile dicitur. Eſtque in ſubjectione libertatis, vel abjectione, pro conditione pacti. Continetur autem illâ, jus in vitam, quâ nobis datum eſt, patria & herilis poteſtas, dominium, denique actiones, quâ ad propoſitum finem ducunt. Subjicitur jus, ut in principatu. Neque enim ceſſat planè, niſi in concurſu publicæ utilitatis. Quæ cognitio eſt imperii. Nam, *ut Cicero* ponit, *hanc ob cauſſam maxime, ut ſua tenerentur, reſp. civitatesq́; conſtituta ſunt.* Inde Paradoxon, ſub principe liberi. Et illa *L. Craſſi* ſapientiora, quam ut ſerio mereant argui. Nam *M. Tullium* excuſaverit ratio. *Eripite nos ex ſervitute*, inquit: *nolite ſinere nos cuiquam ſervire, niſi vobis univerſis, quibus & poſſumus & debemus.* Abdicatur, in dominatu. Et hoc vel partim, vel omnino. Ex his principatus ac dominatus indoles patet. Erudite ſane dicitur Dominus, contra quam princeps, primario ſuum, ſecundario ſuorum bonum cogitare. Sed quandoque hæc converſa. Nam, ut mores ſunt, quot principes ſe maxime reſpectant? Contra, domini quidam ſuos, exemplo Pharaonis & Joſephi. In familia idem uſu venit. Vidi ſervulos ipſorum cauſſa aſſumtos, & parentes, qui liberorum fortunam impedirent, ut expedirent ſuam. Obligationem hanc qui colit, bonus ſubditus audit.

*Offic. 2.*

*Paradox. 5.*

XIIX. Sed ſi comparemus has obligationes; civis tenetur ad curam boni civilis, non hujus vel illius, nec vulgarium tantum, ſed

moraliter omnium, id eſt, poſſibilium. Plus tamen Imperantes: quibus plus virium adeſſe intelligitur. Sicut ergo curantium, ita in curantes obligatio infinita. Ipſam quippe vitam continet excellentiſſimus hic finis. Obligationem tamen univerſorum, maximeque imperantium, ſuperat obligatio ſingulorum ac parentium. Fundamentum gratitudinis. Imperium enim res periculoſa, ardua, divina. Equidem ſinguli illuc conferunt; ſed velut guttam in Oceanum, & ſibi. Quamobrem, ut filius, ita civis ἀεὶ ὀφείλει. Præſertim civitate conſtituta, non conſtituenda receptus. Primi enim neceſſarii ſunt, reliqui voluntarii. Quare ſic ſpondere videntur:

Non erimus regno indecores, nec *veſtra*
feretur
Fama levis, tantique aboleſcet gratia facti.

Non laudandi igitur, qui ſolicitant probam, utilem & antiquam ſententiam, omnia patriæ efficaciter deberi. Imperio maxime reſpondet honos. Eſt enim ἐν ὑπεροχῇ ἀγαθοῦ τινός. Animo enim providet. Quare honor, qui excellentiam reſpicit, à ſubdito debetur maxi-

*Rom.* 13, 7. mè. Eoque copulat *S. Paulus* φόβον & τιμήν.

XIX. Exemplum obligationis imperantium nunc eſto, cura prolis (quæ, ut naturæ, ita his erit prima) in eaque *raptæ ſine more Sabinæ.*

*De Civitate Dei* 2, 17. In quo, ut *Auguſtinus* rapientes æquè ac non dantes damnat; ita hos bello vindicari potuiſſe judicat. Illud, niſi quod Romuli propoſitum laudamus, rectè. Nam & matrimonia

Digitized by Google

nia libera, & virgines alieni juris, & tantum in vicinia quæſitæ, nec id neceſſitate, juxta quosdam, ſed cupidine bellandi, aut adjungendi ſibi neceſſarios, & per cauſſam religionis. An huc addimus, negatas metu, & aversatione illius colluviei, & bonis conditionibus repetitas? At de altero dubitare fas ſit. Quæ enim vi, etiam conſilio juſte vindicantur. Bellum enim juri obſtantia tantum removet, ultima ejus ratio. Dirumque adeo & ſtolidum per vulnera petere, quod in promtu ſit. In quos igitur non eſt jus, in eos nec vis juſta niſi contemtum bello dignum affuiſſe doceas. Ad parentium civilem obligationem pertinet hiſtoria, ingens gaza reip. Sed quid illâ faciendum, in conflictu veritatis & utilitatis publicæ? poſita ſcribendi voluntate vel neceſſitate, qui hiſtoriam promittit, obligat ſe tacitè ad promulgandam veritatem. Tum hac, vera æſtimatione, nihil publicè utilius; etiam cùm mordet. Juſtitia enim virtus eſt civilis. At inter officia ejus ponit *libellus* περὶ ἀρετῶν adſcriptus *Ariſtoteli*, τὸ ἀληθεύειν. Interim fallunt, qui hiſtorico indiſtinctè legem dicunt, *Ne quid veri non dicat*. Ne probemus, quod in *Guicciardino* damnat *Lipſius*. Obligationem ſubditi attingit quæſtio de obſequio contra conſcientiam rectam. Quod permittunt quidam extremè periclitantibus, mendosè. Deum homini poſtponunt: nec ſatis horribile concipiunt peccatum. Neceſſitas excuſat, non abſolvit. Neque patiar, utile cum

*Not. ad Pol. 1, 9.*



Digitized by Google

honeſto confundi. Tutela enim corporis, ingruente illa, à præſumta judicis voluntate pendet; executio legis, ut ſic dicam, tacitæ. De tranſitu armato, qui tam crudè vulgo debitus jure gentium dicitur, videro in Diebus Feriatis. Poſtremo, in ſe malum, ex accidente non fit bonum. Nam qui meram executionem urgent, primò fingunt. Executor enim jubentis voluntati ſuam conformat. Deinde hoc dubitant, an Deus membra, ſcelerum inſtrumenta, rectè damnet orco. Certè ego alieno periculo peccare in re liquida nolim.

XX. Quid vero extinguat obligationem civium, poſt alios docet *Cl. Puſendorſius, de obligatione erga patriam.* Sed hæc omnia forſan explanatius, atq; his plura, cum vacabit.

*S. D. G.*

# JOH. LUDOVICI PRASCHII, *DE* MENDACIO Σχεδίασμα.

AD V. CL.

JO. HENRICUM BOECLERUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

## Σ. Θ.

QUid ſit Mendacium, BOECKLERE AMPLISSIME, definire, quemadmodum ſcis, in arduo eſt. Eoque factum, ut ſcriptores, ſi usquam, certe in hac quæſtione longiſſimis inter ſe ſpatiis diſſiderent. Nonnulli omnem, non falſitatem quidem, ſed fallendi voluntatem, invidioſa hac appellatione, cenſent; aſperiorem ſententiam aut veritati, aut profeſſioni ſuæ convenientiorem judicantes. Alii contra, quorum maxime ſunt Romanenſes, ne fraudes quidem & captionum ambages in communionem hujus nominis & infamiæ admittendo, quid ſophiſtam potius, quam virum bonum deceat, oſtendunt.

Et hos quidem judex, quam Philoſophus, refutaverit melius: quanquam in iis coarguendis multi viri graves & cordati ſtilo non pepercerunt. Mihi vero cum illis maxime negotium eſt: neque enim tolerandum videtur, ut conſcientiis hominum, quaſi parum alias conſtrictis, injiciantur laquei; in tali præſertim argumento, quod per omnem vitæ humanæ ſcenam latiſſime patet. In primisque reip. moderatores certiores fieri oportet, quo usque ſimulare ipſis & diſſimulare, id eſt, imperare ſit permiſſum.

Longe enim abſit, ut imitemur Lipſium, Polit. lib. IV. cap. XIV. quod caput vere caudam ſerpentis dixeris: in quo cum diſſimulatio-

tionem & mendatium fraudibus à virtute devii s & peccatis modicis annumeret, ſuadere tamen haud veretur; diſtinguens ſimulationem publicam à privata. Nobis ut dubium non eſt, quæ in ſe mala ſint, ea & imperantibus mala eſſe; & reſpectum boni publici minuere ſcelus poſſe, tollere non poſſe; legemque Ciceronis, *Salus publica ſuprema lex eſto*, interpretationem capere ex ejusdem lib. III. de Offic. quo, quid vere ſalutare ſit, abunde exponitur: ita ſimulationem, in verbis juxta & factis, ſimpliciter malam judicare non audemus.

Quod ſi dixerint aliqui (neque enim defore ſuſpicor, quibus talia in mentem veniant) conſilii eſſe, quo in tanta hominum perverſitate facilius ibi, ubi oportet, conſiſtamus, intendi hæc potius, quam remitti; juxta illud, agricultoribus in arbuſculis moderandis non ignoratum, Ἄκρον λαβὲ, καὶ μέσον ἕξεις: quæ ratio philoſophandi, Stoicis olim probata, hodieque ſuos amatores invenit: eis reſpondebo, nihil in his conſultius eſſe, nihil juſtius, nudæ veritatis ſtudio; maxime ubi veritas ipſa diſputationis argumentum eſt.

Neque vero in præſens omnia illa contrahere animus eſt, quæ mendacii naturam abſolvunt, aut illuſtrant: id quod juſti & accurati libri, non brevis & extemporalis ſcripti foret: tum hæc materia à plurimis viris doctis docte eſt jam polita. Etſi definitione, ut rerum omnium, ita mendacii probe intellecta,

nihil

nihil fere, quod huc faciat, non ſimul intellectum & quaſi anticipatum iri ſpero: ut una innumerabilium præceptorum inſtar eſſe poſſit. Quare hæc ſola cura me attingit, ut illa compoſita, & utcunque expoſita, florentium quorundam ſcriptorum ſententias ad vivum reſecem: quod nequaquam decorum pudori meo crederem, niſi & propter verum, & de vero inſtituta eſſet hæc tractatio.

Tibi autem, VIR PRÆCLARISSIME, lucubratiunculam hanc inſcribo: primum ut meritorum, quibus me per triennium illud vindicaſti tibi, quo tecto, menſa, penetrali tuo uſus ſum, publicum hoc extaret monumentum; utque ad te potiſſimum, ſicuti par eſt, redirent fructus ex eo, quod tua induſtria ſevit: deinde ut ab immortali tuo nomine ſcripturæ fœnerarem decus: poſtremo ut de mendacio & veritate differens, non præceptis modo rem gererem, ſed, more in hoc Philoſophiæ vel genere, vel parte, à litteratiſſimo quoque cuſtodito, eximium veritatis exemplum (talem te vita & ſcripta probant) velut intento digito cunctis oſtenderem. Quibus ex cauſſis ſaltem veniam, ſpero, dabis meæ vel fiduciæ, vel temeritati.

Ut igitur tandem ad propoſitum veniam, liquet ſane mendacium eſſe actum; actuum vero alios quidem bonos, alios malos; idque aut ratione phyſica, aut ethica. Bonum mendacium non eſſe in genere morum (conſideratio enim naturalis bonitatis non eſt hujus



Digitized by Google

ſori) atque adeo nomine ipſo involvere vitium, hoc argumento intelligitur, quod abhorrent ab eo viri boni, quod cœleſtibus interdictis ſimpliciter damnatur, quod veritati, rei haud dubie probatiſſimæ, adverſatur. Quotiens igitur bonum quid hoc nominis ſibi ſumet, veluti poëſis ſeu prophetia (cujus rei exemplum habes apud Curtium, lib. III. cap. I.) aut injuſta erit uſurpatio, ex ignorantia vel convitiandi libidine orta, aut remiſſiore ſignificatu, planeque καταχρηστικῶς & ex more vulgi magis, quam Philoſophorum, mendacium audiet.

Dicitur vero quid vitioſum, aut materialiter, aut formaliter. Illo modo peccat imprudentia: quæ cum involuntario æquiparetur, magisque adeo ἡμίεργος πρᾶξις, ut Philo nominat, aut, ut ego mallem, ſemivitium ſit, quam verum ac judicem metuens vitium, extra fines hujus diſputationis merito collocatur. Quanquam & imprudentia uniusmodi non eſt, ſed itidem ut culpa (cujus diſtributionem, in latam, levem, & leviſſimam, à ſcriptoribus juris civilis acceperunt & explicarunt juris naturalis conſulti) gradibus ſuis diſcernitur. Quo pertinet illud Auguſtini, ex Enchiridio: *Non mendacii, ſed aliquando temeritatis arguendus eſt, qui falſa incautus credit, ac pro veris habet.* Nempe ut omnia Germana delicta, ſic mendacium, ex ſcientia, &, quod ſceleris faſtigium eſt, conſilio provenit.

Nec vero ullam temere invenias vocem,

quæ

quæ hujuſcemodi actum melius exprimat, appellatione doli. Etſi non ignoro, apud interpretes legum non reperiri tantum *dolos ex propoſito*, ſed etiam *re ipſa.* Illud tamen ſi datur, ut ſpero; jure optimo dixeris, MENDACIUM EST DOLUS: inventumque adeo genus proximum, & conſtitutum eſt principium definitionis. Neque enim eſt, ut auſcultemus illis, qui dolum in faciendo, fraudem in loquendo, ἀπὸ τοῦ φράζειν, repoſitum eſſe volunt. Sed vocabulum doli duos habere maxime videtur intellectus. Nunc peccandi notat propoſitum, quod formale eſt peccati: quo ſenſu contrarium eſt culpæ. Crebrius tamen reſpicit cauſſam peccati & ultimum gradum, malitiam ſcilicet, ut oppoſitam habet imbecillitatem, & conjunctam inſignem noxam; Ulpiano eſt, *magna & evidens calliditas*: qua ratione dicitur infamare, ac parare actionem de dolo. Priori modo, ex animo; poſteriori, ex animo improbo, æſtimatur. Sed nos de priori maxime nunc accipimus: delictum enim, non delicti gradum aliquem, deſcribere in mente eſt.

Reperto genere mendacii, exquirenda eſt differentia propria. Eam aliqui collocant in falſiloquio; quod natura ſua malum, ſemperque conſcientiæ adverſum putant; adeo quidem, ut nec officioſum, quod appellant, aut joculare probent. Sententiæ hujus Princeps, Doctor Hipponenſis, integro lib. de Mendacio, in quo octo numerat mendacii genera: quem

quem poſt alios propugnat Hornejus, Ethic. lib. III. cap. X. laudans etiam verba philoſophi: *Per ſe enim* (quod vide ut explicet H. Grotius, de J. B. & P. lib. III. cap. 1. num. 9. cui quidem ſuffragari nequeo) *mendacium improbum eſt & vituperabile; verum autem probum ac laudabile.* In Græco eſt: καθ' αὑτὸ δὲ τὸ μὲν ψεῦδος φαῦλον καὶ ψεκτόν. τὸ δὲ ἀληθὲς καλὸν καὶ ἐπαινετόν. Eadem fere in ſequentibus reponit.

Nos fatemur, non loqui falſum, vitium non eſſe (niſi caritatis lex diverſum imperet) immo virtutis quandam excellentiam, & altitudinem animi: propter quod Epaminondas ne joco quidem mentiri ſibi permittebat. Et hactenus ferri poſſunt, non ex Ariſtotele tantum adducta, ſi φαῦλον etiam notat *vile, abjectum, contemtui opportunum*; verum & illa Thomæ, qui hominem homini ad veritatis profeſſionem obſtringit, *non tantum ex debito legali, ſed etiam morali, ſeu non ſolum propter juſtitiam, ſed & propter honeſtatem.* Siquidem & honeſtas eſt biformis, & virtutes morales tribuuntur in neceſſarias & minus neceſſarias; immo virtuti neceſſariæ ineſſe aliquid poteſt minus neceſſarium.

Id quod exemplo fugæ declaramus. Turpe eſſe, deſerere aciem, aut caſtellum hoſtili manu circumſeſſum, omnes judicant: ideoque magnanimum huc videas ægerrime deſcendere, & dedignari vitam tanto exiſtimationis ſuæ diſpendio emtam. Si tamen rationes reip. revocent, in qua præſertim non ultimo



Digitized by Google

ſis loco, ſi velut, receptui canat deſperatio victoriæ, & prudens neceſſitatis (quæ & fidei limites ſuos præſcribit) ratiocinatio, age, non terga potius, quam frontem, dabis? non pertinaciam, virtutis vultu arridentem, caritatis officio poſtferes? Proinde notabili ſapientia, cum in prælio Cannenſi Varro cedere, Paullus cadere mallet; priori publico nomine *gratiæ ſunt actæ, Quod de rep. non deſperaſſet*, teſte Floro, lib. II. cap. VI.

Ceterum quare improbitas Styge digna ſit, à re diverſum loqui, non videmus: cum nec omnis diſcrepantia, nec omnis exteriorum ſignorum ab interiore rei forma diſcrepantia, ut maxime ab animo fallendi, id eſt, objiciendi erroris innoxii (noxium enim ipſimet averſamur) ſit profecta, contineat ilico peccatum; ut vel naturæ & artium exemplis conſtat. Et quisquam vitio nobis vertet, ſi tam animoſæ aſſertionis poſcamus rationem? Non equidem me clam eſt, delictorum numero quædam inſeri, in quibus ratio interior delicti, hoc eſt, declinatio à legis æternæ linea, monſtrari ad oculum in tanta humanæ mentis caligine nequeat. In hac tamen quæſtione, ubi & alia certa indicia deſunt, & rationes in contrarium abundant, & diverſum opinantes probandi onus ultro in ſe recipiunt (nam nec, qui nihil probant, probari poſſe negant) merito illa poſtulari videatur.

Hic vero inter ſe ipſi diſſentiunt, qui à nobis; non absque ſuſpicione videlicet malæ

cauſſæ.

Digitized by Google

cauſſæ. Diverſas enim diverſi, interdum & iidem, rationes annumerant, arceſſitas, ut ſummatim dicam, vel ab effectu falſiloquii, qui apud audientem ſit impedimentum libertatis in intelligendo & judicando, cujus duplicem iterum fontem ſtatuunt, naturam, & factum hominum; apud dicentem dehoneſtatio linguæ, & jactura fidei, plurimorum officiorum remora: vel ex adjunctis, animo humili & abjecto. Sed harum & ſimilium rationum partim τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνεται; partim (quo referamus & teſtimonia ſcriptorum θεοπνεύστων, exemplumque Dei) ad mendacium verum, maximeque cum violatione fidei conjunctum, quod & nos damnamus, pertinent; partim, quo nituntur, debilitate ſua non perveniunt.

Libertatis intelligendi, ut dictum eſt, gemina iterum affertur cauſſa. Phil. Melanchthon in Epitome Philoſ. Moral. An. M D LIV. Witebergæ edita, lib. I. hanc exponit: *Quia Deus & creaturæ rationales tales ſunt, ut res intelligant.* Sane & Deus, & homines, diſſimili quamvis modo, intelligunt: ſed nec, qui falſum audit, non intelligit; neque à facultate naturali ad moralem argumentando licet progredi. Quanquam igitur Deo ſemper, hominibus interdum verum eſt fatendum, fatendum tamen eſt ex alia cauſſa. Ac de hominibus quidem poſtmodo. Deo autem verba dare ex eo piaculum eſt, quod & ſciendi poteſtatem habet, ut ſummus judex & αὐτο-

κέντης

κράτωρ, & ipſo actu ſcit omnia: omniſcium autem celare veritatem, eſt irridere & contemnere. Ideoque Caini inficiatio non tam ex verbi falſitate, iudicanda eſt, quam irreverentiæ, inobedientiæ, impœnitentiæ ad fratricidium acceſſione.

Grotius in divino opere de I. B. lib. III. cap. I. num. 11. libertatem illam colloquentibus debitam (pro jure enim, cui reſpondet obligatio, accipit) derivat, quanquam ſubtimenti ſimilis, *quaſi ex pacto quodam tacito.* Nihil opus eſt, puto, iſtac fictione. Quæcunque enim non natura, ſed pactis hominum, tacitis maxime, conſtant, ex utilitate, eaque ſingulari, & oriunda, & æſtimanda ſunt. In eo autem, ut quævis alterius dicta intelligas, quid tantum compendii ſit, non reperio. E contrario, ut integram quiſque habeat libertatem, vel ſilentio, vel, ſi intutum hoc remedium (ſæpe enim vim, perſuaſiones, conjecturas provocat) idoneis coloribus tegendi quæcunque ſine alterius damno, aut etiam cum fœnore, ignorantur, plurimum refert. Itaque ſi omnes ac ſingulos homines interroges, dicturos arbitror: nec ſe in certam, ut ſignorum aliorum, ita vocum formam aliter conſenſiſſe, niſi quatenus id reciproca quemque utilitas cogat; & quæ dicant, intelligi equidem velle; intelligi vero, ut res eſt, omnia nolle: ne tot judices ſortiantur, quod congerrones. Quippe eatenus demum id deberi, ſi res, quæ in colloquium veniunt, auditoris utilitatem ſpectent:

 ad

ad hoc vero ſufficit commune juris naturalis præceptum, civili etiam inditum, *Alterum non lædere.*

Subſenſit hæc partim ipſe Grotius: ideoq; vagam iſtam libertatem nonnullis coërcuit præceptis. Quæ ſi ad calculum revoces, putes, quantum ad primum, rationem quam is velit, proximam non eſſe: niſi forte in adultos non licet quod in prætextam ætatem Lucretius licere voluit. Ne dicam Feldeno dicta: qui tamen rationem meliorem non dedit. Graswinckelii reſponſum generalitas rationis Grotianæ deſtruit. Secundum indiget cautela, ne prodeſſe poſſit fraudi; exemplis hoſtium non indiget: quos alio nomine, etiam directe, falli poſſe, ipſe in loco docet. In tertio, ut ſemper, *læſionem judicii* (ita vocat, cum aliud pro alio credimus) malum putat: id quale ſit, non aſſequor. Certe ipſi ſubinde nos fallimus, & falli, ut Menedemus ille Terentii, gaudemus. Quod de præſumta voluntate addit, ſemper bonum ſuum velle ſani omnes exiſtimantur. De quarto actum abs te eſt, EXCELLENTISSIME BOECLERE, de Domin. Exim. §. *Ponit Grotius.* Feldenus ad jus judiciorum reſpicit. Sed quomodo hæc ad Joſephum? Quos diſtinguit medicos, exæquare videtur languentium ſalus. Deo non convenire mendacium, verum eſt; convenire ſimulationem aliquam, libri nos docent myſtici.

Non tranſeunda eſt illorum opinio, qui argumen-

gumentum capiunt ex fine orationis; quæ, cum mentis ſit interpres, contra ordinem naturæ in falſiloquio huic repugnet: ideoque in ore & odio ſcriptoribus ſunt *duplices*. Qui mihi quidem reſpicere videntur ad juſtitiam illam Platonis univerſalem, primam & privatam, poſitam in temperamento & harmonia partium corporis inter ſe: quæ retinetur, cum animo, tanquam ὑπάτῃ, ceteræ vires omnes ac membra conſonant. Et ſane, quamvis improprie, elegantiſſime tamen, atque ad inſtitutum ſuum oratorium accommodate, hunc in modum de juſtitia diſſerit Plato, &, qui Platonem jure ſuo ſequitur ac declarat, Ehemius: quæ rectius forſan monuiſſet, quam refutaſſet, Hornejus, Eth. lib. III. cap. XI. num. X. Sed nec omnis inferiorum facultatum imparentia crimen habet, nec vera æſtimatione in hoc negotio aberrationem à fine loquelæ, aut deſtructionem ullam harmoniæ inter linguam & mentem deprehendo.

Nimirum imperat hæc cum maximè, &, quod imperat, obtinet: quæ ſuapte natura in omnes partes tam flexibilis eſt, ut cogitationes & ſententias, quamlibet diverſas, diverſo tempore poſſit ſumere, exuere, reſumere, prout aliqua honeſtatis vel utilitatis ratione impellitur; immo & nulli, aut pluribus ex æquo accedere; aut huic favere, de illa interim ſcrupuloſius angi; denique duas ſuſcipere ea lege, ut altera occultetur, altera, quo felicius hæc poſſit occultari, proferatur: ferme ut is, qui the-

 ſau-

ſaurum defodiens, ſuperinduxit flumen, quo magis crederes, nihil præter ſteriles arenas ſubeſſe. Et quamvis hanc ſine aſſenſu & ad tempus foveat, alteram cum aſſenſu, tamen hoc parum valet ad rationem peccati demonſtrandam: illud potius quærendum ſit, qua de cauſſa occultatio fiat.

Quoniam perluſtravimus diverſæ partis rationes, age, noſtras quoque in aciem producamus: quibus conſtet, non omnem rationem falſam, & fallendi conſilio emiſſam, eſſe crimen. Omnium, quæ falſo jactantur, duplex eſt conſideratio: ſpectantur enim ut voces, & ut falſæ. Quatenus falſæ, nihil ſunt, nonens ſunt: cujus ut nulla qualitas, ita nec bonitas moralis, nec malitia; niſi ſingularis aliqua circumſtantia forinſecus accedat. Jam quatenus voces, bonum ſunt, & quidem à natura homini datum. Bonorum autem naturalium ea eſt indoles, quod, ut præclare Comicus, *perinde ſunt, ut illius animus, qui ea poſſidet: Qui uti ſcit, ei bona; illi, qui non utitur recte, mala.* Ex quo efficitur, in mendacio definiendo non tam voces attendendas eſſe, quam animum, qui eas regat, & fontem, à quo cadant; atque adeo falſiloquium cum innocentia ſtare poſſe, ſiquidem animus ſincerus ſit: contra quam Hornejus ex Auguſtino præcipit, qui *nullo bonæ cauſſæ obtentu, nullo quaſi bono fine, nulla velut bona intentione,* eo utendum eſſe rentur. *Quapropter*, Fabio auctore, *ut res feret, flectetur oratio, manente honeſta voluntate.* Am-

Amplius, quod non poteſt ſecus dici, quam revera habet, id nec taceri poteſt. Ille enim, quicum agis, aut ſciendi jus habet, aut non habet. Si hoc, injuriam non accipit: ſi illud, exercitium hujus juris æque ſilendo impeditur. Ignorantia enim, cujus genus quoddam eſt error, cum hoc jure maxime pugnat. Quandoquidem igitur, vel adverſariorum confeſſione, multa ſecretum quærunt, quod violare vel ſtultitiæ ſit, vel perfidiæ; quare prohibes alium rei habitum induere, quam & abſcondi ſinas? quare das finem, medium negas? aut, cum unum medium, quod ſilentium eſt, indulgeas, cur alterum, idemque magis tale ſeu commodius priori, involucra verborum, adimis? Quo apparet, quæ liceat non dicere, eadem aliter dicere, ob rationis ſimilitudinem, licere.

Illud quoque non ſuccurriſſe adverſæ parti miror, quod, quæ facere, ea multo magis dicere fas ſit. Atqui multifariam ſine reprehenſione peragimus, quibus alterius judicium fallatur. Ergo deterioris conditionis erunt verba, quam opera? ergo falſam gemmam digito induere, & ut veram oſtentare liceat; veram dicere, citra jusjurandum ſcilicet, aut vendendi animum, non liceat? an quicquam intereſt, viſui fucus fiat, an auditui? niſi vero delicatior aurium eſt, quam oculorum, ſenſus. Quid? fidem etiam, quæ evidentioris juris eſt, recte aliquando fallimus; & religio erit nudis verbis fallere? Non ita viſum Ciceroni, qui Offi-

 cior.

cior. I. utrumque copulat : *Incidunt ſæpe tempora*, inquit, *cum ea, quæ maxime videntur digna eſſe juſto homine, eoque, quem virum bonum dicimus, commutantur, fiuntque contraria: ut, non reddere depoſitum, etiam ne furioſo promiſſum facere, quæque pertinent ad veritatem, & ad fidem, ea negare interdum, & non ſervare, ſit juſtum; referri enim decet ad ea, quæ propoſui in principio, fundamenta juſtitiæ: primum ut ne cui noceatur: deinde, ut communi utilitati ſerviatur. Ea cum tempore commutantur, commutatur officium, ut non ſemper ſit idem.*

Accedit huc, quod boni viri & prudentes, quos in virtute æſtimanda reſpicere diligenter & erudite philoſophus monet, mendacii vocabulum quidem execrantur; adeo ut in ſolemnem affirmationis formulam iverit, *Mentior, niſi hoc factum eſt*, docente Jureto ad Symach. lib. IX. epiſt. XX. Iidem tamen falſa quam ſæpiſſime dicunt. Neq; enim David & Jehu, ſancti & principes viri, fallere timuerunt: ille, dum geſtu, haud dubie etiam verbo, quo magis ſcenam impleret, mente captum imitatur, quod idem de Solone produnt; hic, dum ementitur idololatram. Quæ exempla comendat ex Hieronymo Jus Canonum, cauſ. XXII. qu. II. can. XII. quod Jus, dum & contrariam Auguſtini ſententiam recipit, quam pulcre ſibi conſtet, arguit. Huc addatur Rahab, Joſ. II, IV. Jonathan, I. Reg. XV, XXIX. Chuſai, II. Reg. XVI, XIX. & quos Hornejus citat: qui tamen callidos facere maluit, quam partim vi-

tam

Digitized by Google

tam & uxorum pudicitiam ſervantes, partim divino nutui ſe attemperantes, bona fide abſolvere.

Quibus argumentis nec omne dictum falſum eſt peccatum, atque adeo mendacium, aut dolus; neque etiam hæc ſententia, Omne mendacium eſt falſiloquium, retro commeat; tantumque intereſt inter hoc & illud, quantum inter gladium & parricidium: ac proinde laxitas definitionis, quæ & nonnullis bonis operibus congruit, alio reſtringenda eſt additamento. Id circumſpicienti non aliud occurrit, quam falſiloquii ad perniciem alterius, contra jura ſocialia, collatio. Nec vero id quiſquam negat, figmentum damnificum, eſſe nefas. atque id longe maximum: illud tantum quæritur, an ſolum ſit; adeo, ut quod non hominem, id nec offendat Deum. Nos annuimus, abnuunt alii. Inde Euſtratium rejicit Hornejus, vanitatem ab utilitate removentem: quod *non tantum virtutis eſt in contractibus, & ibi, ubi verum dicendum eſt, ut alteri ſuum tribuas, veritati ſtudere, ſed ibi etiam, ubi ſine alterius noxa mentiri poteras.* Dicere poſſum, caute loquendo pugnare ſecum hæc, *mentiri ſine noxa*; & *virtutis* vocabulum lucis indigere: cum duplex ſit virtutum genus, ut ſupra eſt expoſitum, decorum & neceſſarium: ad prius pertinuerit, non mentiri; ad poſterius, non mentiri ut noceas. Sed mittamus verba, rem putemus.

Natura, cum ſocietatem meditaretur tena-



Digitized by Google

ciſſimo nexu inter ſe devinctam, ſingulos homines imbecillos & egenos condidit, neceſſitatemque auxilii mutui lege communivit. Cumque juvare alter alterum non poſſet, niſi deſideria ejus intellexiſſet, communicandorum ſignorum, *ſimilium voluntatibus noſtris*, ut loquitur in Confeſſ. Auguſtinus, inprimisque vocis, poteſtatem fecit. Si igitur ſignorum, quibus ad intima pectoris noſtri aditum aliis patefacimus, ille finis eſt atque uſus, ut noſtras & ſociales utilitates his tanquam inſtrumentis expediamus; non percipio, quid, illis expeditis, porro ad rem pertineat, congruant ſignis ſignata, nec ne: cum finis cujusque rei, ſit ejusdem norma; rectum vero, quod cum norma convenit. Spectaviſſe hoc *videtur S.* Paulus, Epheſ. IV, XXV. qui cum præceptum poſuiſſet, Διὸ ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος, λαλεῖτε ἀλήθειαν, ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ; hanc ſubjungit rationem: ὅτι ἐσμὲν ἀλλήλων μέλη.

Immio ſic videto. Edictum hoc naturæ, de mutua caritate, indubium eſt congregationis humanæ fundamentum. Quotiens igitur cum hac lege, *Diliges proximum*, quam *univerſale magnum* Hebræus quidam doctor vocat, pugnare videbitur illa, *Non dices falſum teſtimonium*; non in tuto collocabit conſcientiam, qui priorem illam & ſuperiorem huic inferiori anteponet? cum præſertim illa, Chriſto interprete, & Apoſtolo ad Rom. XIII. comm. IX. hanc includat, atque adeo hæc illius cauſſa videatur lata. Inde eſt, quod

non

Digitized by Google

non dicitur in Decalogo, Ne loquaris falſum; ſed additur vox, quæ involuit periculum famæ, aut alterius boni. Quare igitur lego apud B. Auguſtinum, quod nec *ad ſempiternam ſalutem ullus ducendus ſit, opitulante mendacio*, id eſt, falſiloquio? cum ejusmodi ſermo, ſi non menti omnino noſtræ, divinæ tamen congruat.

Iterum vide. Qui militi victoriæ intento (ſub exemplo enim clarius loquar) falſo perſuadet, minimum eſſe hoſtium numerum, ſimul victoriam ſpondere ſub hac cauſſa intelligitur. Novit enim, perſuaſionem hanc audaciæ, audaciam victoriæ matrem eſſe. Orationis igitur hujus pars altera falſa, altera, & quidem haud dubie præcipua, quæ optati finis conſecutionem pollicetur, probabiliter vera. Non igitur, cum utraque nequeat, morali æſtimatione, ſatis erit, ſi vera ſit potior? non hæc ſola denominabit actum? non diverſa quadantenus judicabimus, fallere, & falſo ad verum pervenire? Quod ſi diceret imperator, Si credideritis inferiorem eſſe hoſtem, ut maxime non ſit, vincetis; nihil ageret. Credere enim, quod falſum eſſe ſcias, τῶν ἀδυνάτων eſt. Jure ergo, quod credi cupit, credibiliter, id eſt, tanquam verum, dicit: ut hoc quoque loco potius id quod actum, quam id quod dictum eſt, ſequendum videatur.

Quamobrem, ut ſententiam noſtram plenius ac diſtinctius proponamus, omne quod falſo prædicatur, aut ex cauſſa dicitur, aut exci-



Digitized by Google

dit ſine cauſſa. Si hoc modo, lingua mentem antevertit: cujus eſt, recantationis pœna garrulam, ubi opus eſt, vexare. Si ex cauſſa, erit ea vel à ſcientia, vel ab ignorantia, cui per interpretationem ſubjicitur incogitantia: quam ſi damnum ſequitur, quod proſpicere licuerit, culpa non vacat. Si à ſcientia, erit propter bonum aliquod, vel ſimplex, vel cum alterius malo copulatum. Quo loco non teneo me, quin admoneam, dextre intelligendum eſſe Ariſtotelem, cum populariter, ut ſolet, ait, quosdam τῷ ψεύδει αὐτῷ χαίρειν: quod *merum mendacium* diceret Auguſtinus. Nemo enim vera æſtimatione gratis mentitur, aut mendacio ipſo delectatur, ſed aut opinione ingenii, aut quia ſuaviter alterum irriſit, irridendumve aliis (ut liceat comico verbo uti) propinavit, & ſi quid aliud inde boni aut veri, aut imaginarii ſubnaſci poteſt.

Jam boni cauſſa fallere, maxime alieni, & publici (de vero autem, non quod tale videtur vafris & tyrannis, agimus) prævaricatio non eſt: quod à viris optimis tota die fieri video. Quinimmo prudentiam arbitror ac pietatem, quod tu, verborum ſervitutem quandam fingens, fortaſſe etiam cum Momo feneſtratum homini pectus optaturus, nequitiæ titulo infamas. Atque adeo hominum generi clara voce acclamo, & cunctantes hortor: *hic contrahe, quicquid ſive animis, ſive arte vales*; ſiquidem mimum vitæ cum Auguſto commode tranſigere velis. Decet enim pro-

fecto

fecto ſapientiæ amatorem, proferre potius, quoad poteſt, quam contrahere humanarum utilitatum fines. Ne tamen hac ipſa ſpe quodam modo excidamus, cautelam addere, quam eclogæ Stobæi Serm.LIX. mihi ſuggerunt, placet: *In rep. mentiri, ulla lex ulli usquam non concedet, niſi veritatis amico & prudenti, qui, quo modo ac tempore non obſit mendacium; intelligat; neq; id, niſi commoditas neceſſaria hinc exiſtat, faciat.* Hæc ibi Græcis verbis Euſebius.

At vero ſimulatis verbis in fraudem aliquem impellere, & inde ſuum aut alterius comparare commodum, malitiæ eſt: niſi hoc longe præponderet. Quo referendum eſt dulce adulationis venenum, oſtentatio item, quæſtui aut gloriæ accommodata; hoc magis, quo latentior eſt & doctior: quantum enim falſo ſibi arrogat, tantum derogat veris aliorum meritis; cum Thraſones & Pyrgopolynices illi riſu, quam pœna, digniores habeantur. Exempla talium mendaciorum congeſſit Val. Max. lib.IX. cap.XV. Atque hoc demum verum & fugiendum mendacium, dolique nomine dignum credimus. Quamvis enim & *dolum bonum* dixerint veteres, cum quis ſibi aut alteri aliqua prodeſt, aut certe non obeſt, vel jure ſuo obeſt; *ſolertiam* interpretatur Ulpianus, additis exemplis, *ſi adverſus hoſtem latronemq; quis machinetur*; vulgo tamen, ut Feſto etiam obſervatum, hoc vocabulum mali odoris eſt ac famæ, & neſcio quid nocivum denotat. Ni hic interim obſtat, quo mi-

nus

nus *dolo*, majoris evidentiæ cauſſa, addatur epitheton *malus* (quod ex XII. tabb. deſcendiſſe Donatus ſcribit) aut NOXIUS.

Dicimus autem noxium, non ſolum quo malum aliquod infertur, ſed & quo bonum (cui & Dei gloriam, & eccleſiæ incrementum aſſociamus) præpeditur, aut cum potuiſſet, non quæritur. In malis vero non haberi, quod quis citra injuriam patitur, amiſſione alicujus boni, quo præter fas abundat, rationis eſt: ut hoſti in bello pio licite fumos vendimus. Quem enim factis offendere haud iniquum eſt, eum verbis non poſſe lædere ſit abſurdum; niſi in modum contractus efferantur. Itaque ſe & alios fallit, cum fallere hoſtem poſt alios mendacio vetat, Guil. Ameſius, de Jure conſcientiæ, lib. V. cap. XXXIII. th. XXXVIII. Primo enim ita loquitur, ut ſi in omni mendacio abrumperetur fides. Deinde, inter verba & alia ſigna diſcrimen quærit: quorum parem eſſe rationem, ex infra poſitis cognoſcetur. Hoſtibus æquiparat Lipſius exteros, Pol. IV, XIV, XXXII. caute, an ſecus, ut quidem hodie vocibus iſtis utimur, ſapientum judicium eſto. Eum quoque verbis injuſte non fallimus, qui injuſta petit: ut Pharaonis mandata, de ſubmerſione inſontium puerorum, merito eluduntur. Injuria enim eſt, quæ jus alterius (quod nullum habetur in inſontes) minuit.

Sed quoniam ad famam cuique ſuam & honorem conſervandum jus eſt, ſecretis noſtris imminentem ita ſummoveamus, ut ne illuſiſſe videa-

Digitized by Google

videamur: id eſt, nec ſubſannemus (quod ex deſtinatione ac voluptate animi, reique apud alios commemoratione æſtimatur) & caveamus, tale quippiam nobis excidat, quod in ludibrium ei vertere apud alios queat. In quo diſſentit verbis, re conſentit, opinor, eruditiſſ. Puſendorfius, qui conceſſit nuper adverſus importunum, *ludibrium, quod curioſitas ipſius meretur.* Scil. non omne quod quis juſte patitur, juſte à nobis interrogatur. Quare in facto Papyrii apud Gellium, lib. I. cap. XXIII. cauſſam, hoc eſt, fidem atque ingenium, præſertim in ætate ineunte, laudo; modum non humanitati tantum, ſed etiam reverentiæ matri debitæ adverſum, ac periculi plenum cenſeo.

Cum primis autem judex verum intelligendi jure pollet. Nunquam igitur perſuaſerit mihi Quinctilianus, Inſtit. Or. XII, I. licite fieri poſſe, *ut vir bonus in defenſione cauſſa velit auferre aliquando judici veritatem.* Primum enim nec ſanctitas judicum, Dei nomine præſidentium, nec obſequii neceſſitas, ulli circumſcriptioni vel contumaciæ locũ dat. Quæ valebunt etiam contra laudatum Pufendorf. Jurispr. univerſ. II, IV, XXXV. & qui cum eo faciunt ex Canoniſtis. Præterea non tam neceſſarium profecto hoc videtur, quam periculoſum: plus enim detecta nocent. Si præſertim non tam facta, quam ſententiæ falſæ proponantur: quod ſemper (ſumma tamen ratio eſt, quæ pro religione facit) noxium eſt; cum in ſeſe, tum quatenus ex uno errore infinitæ aliorum myriades

Digitized by Google

riades naſci ſolent. Jam vero, cum exemplum de tyranno affert, incertum per incertum probat; Græcorum moribus, ſed lege ſtabilitis, præoccupatus. Ad poſtremum ex una quæſtione in aliam deſilit, & quod modo de mendacio defenſionis diſputaverat, ad defenſionem ipſam confert. Idem accidit Tullio, Offic. II. His permotus, Oreſtem Pyladis amicum (nota eſt hiſtoria) admiror potius, quam abſolvo.

Sunt autem varii nocendi modi: nam aut factis aliquem ſubruimus, aut ſermonibus. In his eſt mendacium. Nimis enim ſevere ſapit Hierocles, qui ad illud Pythagoricum, πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι, pro ſermone habendum non exiſtimat, qui à veritatis lege deflectat. Ipſa verba ſunt: Μόνοι λόγοι εἰσὶν οἱ ἀληθεῖς. Prorſus ut Plato, & hunc ſecutus Cicero, legum; Stoici paſſionum numero excellentiores tantum habent, id eſt, bonas; quæſtionem Quid, cum quæſtione Quale oratorie confundentes. Quapropter hæc neutiquam officient, quo minus in definitione concipiamus dolum noxium IN VERBIS.

Quo quidem nomine, quamvis potiora illa & uſitatiora fere ſigna inſigniantur, nos tamen & reliquas intellectas volumus notas & actiones, per quas in notitiam alteri venire aliquid poteſt. Nempe & his loquela ſua eſt: ſicut vibrantia ſupercilia, manus, oculi, *loquaces* audiunt poëtis. Ideo quod verbis non licet, nec ſignis ceteris licere debet: ne diſtrahantur, quæ divina conjunxit ſapientia, Prov. VI. com. XII. Bene Ambroſius, in Serm. De Abrahamo: *Non ſolum in falſis verbis, ſed etiam in ſimulatis operibus mendacium eſt.* Et philoſophorum principi memorantur,

Digitized by Google

mantur, ψευδόμενοι ὁμοίως ἐν λόγοις ϗ πράξεσι. Similia docet Thomas. Neque intereſt (etſi turpius peccatur actu poſitivo) exprimantur ea, an ſupprimantur: nam & illi, quorum reticentia alteri cauſſa eſt vel adjutrix erroris noxii, *cum tacent, clamant.*

In exprimendis vero ſignis, non tam (quod Grotio placuit) quomodo vulgo intelligi ſoleant, aut ſi quæ ſunt ſimilia, quam quomodo intellecturus ſit, cui ſignificatur, ſpectandum arbitror: ne actus in irritum cadat. Neque adeo refert in mendacio, aperte dicas ab re alienum, an verum quidem, ſed quod ob πολυσημίαν vocum alterum alio accepturum præſcias, adeoque partim verum, partim falſum; qualia falſis potius accenſere (veritatis enim ἁπλοῦς ὁ μῦθος) manifeſta ratio jubet. Plane ut immerito idem Grotius obſcuras locutiones quamvis non temere probet, à mendacii notione excluſerit: quod eſſet, ac ſi tu velles ab arte gladiatoria ſegregare ancipites illos ictus, quos à fingendo hodie dicunt. Ex eadem nota eſt, cum ſigna ad alium quidem diriguntur, alium autem petunt, aut læſura præviderí poſſunt: niſi vero per cuniculos lædere, id lædere non eſt. Quam enim Grotius negat eſſe, ad tertium obligationem, nos putamus eſſe ex caritate & humanitate: quam toti huic negotio damus moderatricem. Ideo namque facultatem ſignorum à naturæ munificentia (reliqua ex humano inſtituto, ſed libero & variabili, ſunt) accepimus. Valeant igitur & hi, qui, ut loquitur Tragicus, *per quos fallere alium cogitant, falluntur.* Item qui vera dicentes mentiuntur, dum tanquam mentientes dicunt. Quam aſtutiam longe exuperat illa, qua ſe magnifice effert Terentianus ille veterator, in Heaut. act. IV. ſc III.

Nondum integra eſt definitionis formula: neque enim in omnibus verbis ſedes eſt mendacii, ſed in FALSIS demum. Quare & hoc definitioni complementum accedat. Eſt autem falſitas communiter, diſconvenientia mentis & rei: quemadmodum verum ex adverſo definiunt, *conformitatemque rei & intelle-*

Digitized by Google

*tellectus*. Quo rurſus perſpicitur, falſum eos dicere, qui falſidicum abſolute velut edicto prætorio damnant. Si enim non mentis (quod nemo cor habens neget) nec verborum omne à re diſſidium æterna ſupplicia merebit: cum in pari conditione cauſſaque poſitus ſit internus externusque ſermo. Nec ſi voluntas quidem fallendi acceſſerit, merebit: quod enim in ſe non eſt injuſtum, ut prandere, nec conſilio accedente erit. Sed hæc ſcatebra eſt erroris, quod in falſimoniis mentem potius fallentis, quam rem, qua de agitur, plerique in oculis habent; tanquam vanitatis natura poſita ſit in diſſipatione fœderis, quod linguæ cum animo intercedat: in quo perplexe eos loqui, intellectum eſt ex ſuperioribus. Nam revera etiam tunc, cum prudentes falſum dicimus, animus & conſentit, & δεσποτικῶς jubet: potiusque animus à ſe ipſo, aut vox ab animi aliqua parte diſcrepare, quoniam quidem utrumque accidit falſiloquentiæ, dicenda eſſet.

Ex quibus omnibus hæc extruitur definitio: MENDACIVM EST DOLVS NOXIVS IN VERBIS FALSIS. Quo exemplo veracitatem quoque, quæ virtus neceſſaria eſt, licebit definire cum Corn. Martino, Diſp. Eth. IX. th. XV. *qua in congreſſibus hominum; de attinentibus ad nos & illos, veritatem, ut decet, patefacit.* Quæ definitiones, aut τύποι ſaltem, ſi cum animi tui ſententia, id eſt, rei veritate, congruunt, BOECLERE DOCTISSIME, gaudeo: certe id operam unice dedimus, ne de veritate ſcribentes, primi in eam peccaſſe videremur. Sin minus (neque enim de his quidem ſermonem inter nos commutatum memini) juvabit tamen hac ipſa diſſertatione accuratioris tractationis velut anſam tibi, ſi tanti videbitur, aut aliis præbuiſſe: nam vel ſic humanum genus, mihi quod debeat, habebit.

# TABULÆ

In

*H. GROTII*

Jus Belli & Pacis.

Digitized by Google

# LECTORI BENEVOLO
## S. P.

*TAbulas iſtas, Benivole Lector*, Illuſtriſſimo Baroni Boineburgio *debes: qui pro ſingulari ſuo in civilia ſtudia favore, id quoque monumenti, à magno quodam viro confecti, liberaliter ſubmiſit. Cum autem in ampla illa & uſitata forma, minoris moduli libris ſatis incommode jungantur Tabulæ ejusmodi; contractis ad paginarum menſuram, numero autem multiplicatis ſpatiis propoſuiſſe, nec argumento, nec lectori, fraudi fuerit, opinor. Vale.*

# Tabula I.

*De Juriſprudentia Fine, Subjecto, Mediis.*

In doctrina JURISPRUDENTIÆ (quæ definitur, *Ars æqui & boni*; item *Divinarum & humanarum rerum notitia*) conſideratur, *Finis*, *Subjectum*, *Media*.

I. FINIS

1. *communis* cum politica doctrina.

2. *proprius*, videlicet Juſtitia, quæ eſt conſtans & perpetua voluntas, jus ſuum cuique tribuendi.

II. SUBJECTUM eſt ſocietas compluriuṁ pagorum, quæ dicitur Civitas; tum ſi non omnium, tamen plurium civitatum & populorum, quæ dicitur Vniverſitas generis humani; quorum perſonæ inter ſe habent negotia de rebus ad ipſas pertinentibus. (*prolegom.*) Utraque ergo Communio ſeu ſocietas conſtat

1. *Perſonis*, quæ ſunt Mares & Fœminæ
   - ſingulæ
   - in corpus collectæ.

2. *Rebus*, quæ extra hominem exiſtunt,
   - *Corporales*, hoc eſt res
     - *Mobiles*, ut equus, argentum.
     - *Immobiles*, ut res ſoli, vel ſolo cohærentes.
   - *Incorporales*

A B C



Digitized by Google

A B C

*Incorporales*, id eſt, rerum emolumenta, & quæ tangi non poſſunt, qualia ſunt, quæ in jure conſiſtunt: quarum utriusque generis aliæ

*ſeparata* ſunt, tam ſingulæ, quàm rerum emolumenta,

*in univerſitate poſita*, tam res plures ſimul, quàm rerum emolumenta aggregata,

3. *Actibus humanis*, qui ab hominibus aguntur & fiunt: *Verba* ſcilicet, quæ vel ore vel ſcriptis proferuntur; & *Facta*, quæ quolibet alio geſtu corporis explicantur: aut *non facta*. Cujusmodi actus ſunt vel

*proprii*, qui ſingulos homines auctores habent,

*communes*, qui à pluribus in unum collectis expediuntur.

III. MEDIA, quibus Finis ſeu Juſtitia in ſubjectum ſeu ſocietatem introducitur, conſiſtunt in juris *Obſervatione & Executione*. Ut autem ſocietas ſeu communio eſt duplex, una generis humani, altera civitatum ſingularium: ita Jurisprudentia, quæ tradit media introducendi juſtitiam in communionem,

A Du-

Digitized by Google

A

Duplicem ſortitur tractationem, quarum

*Prior* habet rationem generis humani, & tradit præcepta, quibus magna illa univerſitas & complures populi, in pacis & belli negotiis jus & juſtitiam colere debeant. Hujus Jurisprudentiæ tractatio iterum eſt duplex

*Generalis*. D.

*Specialis*.

*Poſterior*, habet rationem ſingularum civitatum, quod ſcilicet in unaquaque ſocietate civili & leges condi, & juſtitia in civitates introduci, ibique adminiſtrari debeat.

# Tabula II.

## *De Jurisprudentia, qua humanum genus reſpicit,*

## Tractatione Generali.

D E F

TRACTATIO GENERALIS tradit

1. *Varias ſignificationes juris.* Nam jus ſignificat

*id quod juſtum eſt*, idque negante magis ſenſu, quàm aiente, ut *jus ſit, quod non eſt injuſtum.* 1, 1, 3. Eſt autem *injuſtum*, quod naturæ ſocietatis ratione utentium repugnat. F.



Digitized by Google

D E F G H

Sicut autem ſocietas *alia* eſt *ſine inæqualitate*, ut inter fratres, cives, amicos, fœderatos: *alia inæqualis*, ut inter patrem & liberos, dominum & ſervos, regem & ſubditos, Deum & homines: ita *Juſtum aliud* eſt ex æquo inter ſe viventium, *aliud* ejus, qui regit, & qui regitur, qua tales ſunt: quorum hoc jus **Rectorium**, illud *Æquatorium* recte vocatur. 1, 1, 3.

2. *Qualitatem moralem*, competentem perſonæ ad aliquid habendum & agendum 1, 1, 4. Hæc qualitas eſt duplex

1. *Perfecta*, quæ dicitur **Facultas** & *Jus* proprio ſignificatu §.4. Hoc *Jus* eſt duplex

1. *Vulgare*, quod uſus particularis cauſſa comparatum eſt §.6. idq; duplex

1. *Poteſtas* §. 5.

*In ſe*, quæ dicitur libertas §.5.

*In alios*, ut poteſtas paterna, dominica &c. §. 5.

2. *Dominium* §. 5.

*plenum* §. 5.

*minus plenum*, ut uſusfructus &c. §. 5.

3. *Creditum*, cui ex adverſo reſpondet debitum §. 5.

G H

E F G

E F G H I K

2. *Eminens*, quod competit communitati aut ſupremæ poteſtati in ſingulos cives & res civium §. 6.

2. *Imperfecta*, quod dicitur *Aptitudo* §. 4. & 7.

3. *Legem* §. 9. In ſignificatu Legis notentur

1. *Definitio.* Lex eſt regula actuum moralium, obligans ad id, quod rectum eſt §. 9.

2. *Officium.* Omnis lex aut jubendo aut vetando, aut permittendo ſciſcit aliquid de actu aliquo civili & naturali etiam, quatenus in ſocietatis finem tendit §. 9. 10. 17.

3. *Diviſio.* Jus in hoc legis ſignificatu eſt duplex §. 9.

1. *Naturale.* Idque etiam duplex §. 10.

1. *Commune animantibus cum homine*, ſeu quod natura omnia animalia docuit, ut ſcilicet generent, & generata conſervent. Et hinc deſcendit maris & fœminæ conjunctio, ut & ſobolis procreatio & educatio.

FGHIK L M

Hoc tamen jus à Romanis Jureconſultis improprio quodam ſignificatu dicitur *jus naturæ*. Nam ſi quando brutis animantibus juſtitia tribuitur, id fit impropriè, & ex quadam umbra & veſtigio rationis. An vero actus ille, de quo jus naturæ conſtituit, ut prolis educatio, ſit nobis communis cum aliis animantibus, an vero homini proprius, ut Dei cultus, ad ipſam juris naturam nihil facit. §. 11.

2. *Proprium homini*. Juris naturæ in proprio hoc ſignificatu conſiderentur (§. 11.)

1. *Definitio*, utpote quæ

1. *ponitur* talis: Jus naturale eſt dictamen rectæ rationis, indicans actui alicui, ex ejus convenientia aut diſconvenientia cum ipſa natura rationali, ineſſe moralem aliquam aut neceſſitatem aut turpitudinem, ac conſequenter ab auctore naturæ DEO talem actum aut præcipi, aut vetari. §. 10.

2. *explicatur*. M.

L M

Digitized by Google

L M

2. *Explicatur* ſequentibus obſervationibus:

1. *quod actus illi*, de quibus definitio loquitur, & de quibus dictamen rationis extat, *ſint per ſe & ſua natura aut debiti, aut illiciti*: atque ideo à Deo neceſſario aut præcepti, aut vetiti §. 10.

2. *quod dicantur juris natura*

1. *quædam non proprie, ſed reductive*, quibus jus naturæ non repugnat, ſicut juſta vocantur, quæ carent injuſtitia §. 10. 2, 8, 21.

2. *quædam per abuſionem*, nempe ea, quæ ratio honeſta eſſe judicat, ſed non debita §. 10.

3. non ea tantum, quæ citra humanam voluntatem exiſtunt, *ſed multa etiam, quæ humana voluntate fiunt*. Sic dominium, quale nunc eſt in uſu, voluntas humana introduxit: at eo introducto, contra jus naturæ fuerit, ſi invito domino dominium violetur §. 10. 2, 8, 1.

2. *Probatio.* L.

Digitized by Google

E I K L

2. *probatio*, ſeu ratio ſciendi : *an aliquid ſit juris naturæ* §. 12. quæ eſt duplex

*Una à priori*, ſi nempe oſtendatur rei alicujus convenientia aut disconvenientia cum natura rationali & ſociali §. 12.

*Altera à poſteriore*, ſcilicet ſi non certiſſima ratione, tamen probabiliter admodum juris naturæ eſſe, colligitur id, quod apud omnes gentes, aut certe omnes gentes moratiores tale eſſe creditur §. 12.

*Voluntarium* I.

2. *Quæſtionem præviam*, videlicet, An bellare unquam juſtum ſit? *Affirmativa* ſententia probatur

1. *ex jure naturæ*, *hiſtoria* & *ſapientum conſenſu* 1, 2, 1 & 2 & 3.

2. *ex jure gentium* §. 4.

3. *ex jure divino voluntario* §. 5.

Tabu-

# Tabula III.

## *Adhuc de Juriſprudentia, qua humanum genus reſpicit,*

## Tractatione Generali
## Et quidem
## *De jure voluntario.*

JUS VOLUNTARIUM, quod ex voluntate originem ducit (1, 1, 13.) & præcipit aut vetat ea, quæ non per ſe & ſua natura, ut de jure naturæ ſupra eſt dictum, aut debita ſunt, aut illicita, ſed quæ conſtituens jus vetando illicita & præcipiendo debita facit §. 10. Hoc jus conſtitutum eſt vel

A B

I. *Ab Homine,* & dicitur *Jus Voluntarium Humanum* §. 14. idque eſt iterum duplex

- 1. *Jus Gentium*, quod Gentium omnium aut multarum voluntate vim obligandi accepit §. 14. In hujus juris conſiderati-one obſervantur, C.
- 2. *Jus Civile*, quod à ſumma poteſtate in quavis ſocietate civili conſtituitur, ut *Norma* (§. 14.) (cum
  - 1. *Publici Regiminis*, & dicitur *Jus publi-*
    - *Divinum & Eccleſiaſticum*, quod pertinet ad cultum Dei.
    - 2. *Humanum & ſæculare*, quod ſtatum civilem deſcribit.
  - 2. Dirimendarum controverſiarum inter privatos, & dicitur *Jus privatum.*

II. *A Deo,* & dicitur *Jus voluntariũ Divinum* §. 13. D.

CEF

C E F G

In *Juris Gentium* conſideratione obſerventur

1. *Negotia*

1. *Pacis* 1, 1, 1. quando ſcilicet Jus Gentium obſervatur inter eas gentes, quibuscum pax eſt. Pax vero eſt inter diverſos populos juſta concordia. Ex qua alii cum aliis ſecure agunt. Hoc jus pacis reſpicit populorum colentium pacem

1. *Statum* ſeu conditionem eorum inter ſe & cum aliis: unde ſunt vel

1. *Amici*, qui inter ſe habent jus

1. *Hoſpitii* 2, 15, 5.

2. *Commercii* 2, 15, 5. & 6.

2. *Socii* ad ſuſtinendam ſecuritatem communem & arcendum impendens periculum. 2, 15, 6.

2. *Dominium* ſeu jus, quod in rebus tam mobilibus quàm immobilibus, veluti ſunt territoria, urbes &c. cuique genti & populo absque aliorum injuria aut damno competit. Dominia talia poſſidentur jure vel pleno vel hæreditario vel uſufructuario. 1, 1, 5. G.



Digitized by Google

E F G

3. *Debitum* ſeu *officium*, quod inter eos, qui pacem inter ſe habent, mutuo eſt præſtandum, quo ſpectant

1. *Jus*

1. *Secure & cum dignitate congrediendi.* 2, 23, 7.
2. *Legationum.* 2, 18.
3. *Contrahendi & paciſcendi.* 2, 18.
4. *Fœderis faciendi ob commercia & auxilia.* 2, 15, 6.

2. *Fidei data obſervantia.* 2, 13, 21. 3, 19. 3, 25.

4. *Delictum contra jus pacis* (2, 1, 2. 2, 17, 1. 2, 20, 38. & 40. c. 21. & 22.) cum

1. *injuria infertur perſonis* 2, 1, 3.
2. *res invaduntur* 2, 1, 11.
3. *debita non præſtantur* 3, 1, 2.

2. *Belli.* 1, 1, 1. & 2. quando ſcilicet inter diverſos populos juſta eſt contentio, eſtque vel *ſolenne*, ut indictum; *vel minus ſolenne*, ut repreſſaliæ. Jus belli reſpicit populorum

1. *Statum* ſeu conditionem populorum, inter quos lis & contentio intercedit 1, 1, 2. 2, 1, 2. Et ſic ſunt vel

1. *Inimici*, quibuscum nulla eſt amicitia vel juris communio, veluti cum adverſariis 2, 15, 5.
2. *Hoſtes*, proprie ita dicti, quos offendere & omnino perdere licet 2, 15, 5. 3, 3, 1.

2. *Dominium.* H.

H

2. *Dominium*, inter eos, quibuscum bellum intercedit, eſt, cum vel ſingulæ *perſonæ* 3, 4 & 7. & *res* 3, 5 & 6. *capiuntur*, aut *poſtliminio* (3, 9) *recuperantur*, vel *univerſa*, *deditione* aut *victoria* in dominium veniunt, 3, 4, §. 11 & 12. *c*. 11. §. 13 & 15. *c*, 8, 15. *c*. 20, 50.

3. *Debitum* inter eos, quibuscum bellum eſt, id eſt, quod iis præſtandum eſt, quibuscum lis & bellum intercedit, veluti eſt

1. *Jus congreſſus*. v. ſupra.
2. *Legationis* 2, 18.
3. *Conventionis* 3, 20.
4. *Fœderis militaris* in induciis 3, 21. obſidibus dandis, & aliis 2, 15, 16. 3, 20, 52.

4. *Delictum* inter eos, quibuscum bellum intercedit, eſt, cum

1. *bellum injuſte ſuſcipitur* ex cauſſis variis 2, 22.
2. *aliquid admittitur contra jus*
   *legationis* 2, 18, 11.
   *congreſſus* 3, 24, 3.
3. *conventiones & fœdera bellica non obſervantur*. 3, 19, 14. 3, 20, 28 & 32.
4. *cum victor in executione modum excedit*. 2, 1, 18. 2, 26, 6. 3, 12, 8. 3, 15, 12.



Digitized by Google

D

*Jus voluntarium Divinum*, quod ex voluntate ortum habet, & promulgatum eſt à Deo poſt conditum hominem. Hoc jus datum eſt (1, 1, 15.)

1. *aut humano generi ter,*
   1, *ſtatim poſt conditum hominem.*
   2. *in reſtauratione humani generis poſt diluvium.*
   3. *in ſubliminori reſtauratione per Chriſtum.* Hæc tria jura haud dubie obligant omnes homines ex eo, quantum ſatis ad eorum notitiam pervenerunt.

2. *aut uni populo Hebræo,* ubi quæritur
   1. *an jure Hebræorum obligati fuerint alienigenæ?* N. v. 1, 1, 16.
   2. *quem uſum habeat lex Divina data Hebræis*, tum in hac de jure belli, tum in ſimilibus aliis quæſtionibus? R. varium. Nam hic ſunt obſervanda tria (n. 17) I.



Digitized by Google

I

1. *Quod nempe præcepta Legis Divinæ non ſint contra Jus Naturæ.* Permiſſio vero in lege Hebræa eſt aut

1. *Plena*, quæ jus dat ad aliquid omnino licite agendum: cujus generis permiſſione non minus quàm ex præcepto ſequitur, id, de quo lex agit, contra jus naturæ non eſſe. (n. 17.)

2. *Minor plenâ*, quæ tantum impunitatem dat apud homines, & jus, ne quis alius licite impedire poſſit. De hoc genere permiſſionis aliter ſe res habet, ac in priore: ſed raro locum habet hæc collectio; quia jam permittentia argumenta ſunt ambigua, magis ex jure naturæ interpretari nos convenit, utrius generis ſit permiſſio, quàm ex permiſſionis modo ad jus naturæ argumentando procedere. (n. 17.)

2. *Quod liceat nunc his, qui imperium inter Chriſtianos obtinent, leges ferre ejus ſenſus, cujus ſunt leges per Moſem datæ*, niſi ſi quæ ſint leges, quarum tota ſubſtantia ad tempus Chriſti expectari & Evangelii nondum revelati pertineat, aut niſi Chriſtus ipſe contrarium in genere aut in ſpecie conſtituerit: (n. 17.)

3. *Quod quicquid ad eas virtutes pertinens, quas Chriſtus à Diſcipulis exigit, lege Moſis præceptum eſt, id nunc etiam* ſi non & amplius, *etiam præſtandum*, ob clariores Evangelii promiſſiones. (n. 17.)

Tabu-

# Tabula IV.

*Jurisprudentia, quæ humanum genus reſpicit, abſoluta tractatione Generali, ſequitur*

SPECIALIS TRACTATIO, in qua traduntur,

I. *Notatio* ſeu origo vocis: Bellum eſt à veteri voce *Duellum* &c. Grot. 1, 1, 2.

II. *Definitio*. Bellum eſt ſtatus per vim certantium, qua tales ſunt. Quæ generaliter includit bellum tam privatum, quàm publicum. 1, 1, 3.

III. *Diviſio*. Bellum eſt triplex

- 1. *publicum*, quod ſummæ poteſtatis auſpiciis geritur. 1, 3, 1. 2, 1, 16. Eſtque duplex, vel
  - 1. *ſolenne*, quod ut ex jure gentium ſit juſtum, duo habebit requiſita
    - 1. ut geratur utrinque *auctore eo, qui ſummam habet poteſtatem in civitate*. 1, 3, 4. 3, 3, 4.
    - 2. *ut debiti ritus adſint*. 3, 3, 5.
  - 2. *minus ſolenne*, quod poteſt & ritibus carere, & geri in privatos, & auctorem habere quemvis magiſtratum. 1, 3, 4.
- 2. *privatum*, quod à privato in privatum geritur. 1, 3, 1, 2, 3. 2, 1, 3, 15.
- 3. *mixtum*, quod una ex parte eſt publicum, ex altera privatum. 1, 3, 1.

IV. *Cauſa*, ſcilicet

- 1. FINIS. A.
- 2. EFFICIENS. A.
- 3. MATERIA. A.
- 4. FORMA. A.



Digitized by Google

A D E

1. FINIS Belli eſt *Pax*, utpote quæ in bello ſemper eſt ſpectanda & amplectenda, etiam cum damno, Chriſtianis potiſſimum. 1, 1, 1. 3. c. ult.

2. EFFICIENTES, ſunt *perſonæ belligerantes* 1, 3. 4.

1. *Principales*, qui gerunt bellum in ſua re, in privata privatus, in publica re poteſtas publica 1, 5, 1. Et ſic perſonæ principales ſunt vel (1, 3, 1, 4.)

1. *Non ſubditæ alteri* eæque vel

*privatæ* 1, 3, 1. & 2.

*publicæ* (& 5.

1. *non ſummæ*, *ut magiſtratus* 1, 3, 4.

2. *ſummæ*, ubi explicantur ſummæ poteſtatis (n. 4. & 5. 9.)

1. *Jura quatuor* 1, 3, 6.

2. *Definitio.* Summa poteſtas eſt, cujus actus alterius juri non ſubſunt, ita ut alterius voluntatis humanæ arbitrio irriti poſſint reddi 1, 3, 7.

3. *ſubjectum*, quod

1. *diſtinguitur* in

*commune*, ut civitas 1, 3, 7.

*proprium*, quod eſt perſona una pluresve pro cujusque gentis legibus 1, 3, 7.

A D E

2. *Explicatur*. F.

F

2. *Explicatur* ulterius, ubi occurrunt

- 1. *Binæ opiniones* de ſubjecto ſummæ poteſtatis
  - 1. *prior* ſtatuens ſummam poteſtatem ſemper eſſe penes populum, quæ refellitur 1, 3, 8.
  - 2. *poſterior*, quæ ſtatuit ſemper eſſe mutuam ſubjectionem Regis & populi, quæ etiam refellitur 1, 3, 9.
- 2. *Veræ ſententiæ fundamenta* per quatuor cautiones, ut ſunt
  - 1. diſtinguendam eſſe *vocum ſimilitudinem in re diſpari* 1, 3, 10.
  - 2. diſtinguendum eſſe *jus à modo habendi jus* 1, 3, 11. 12, 13, 14. & 15.
  - 3. ſumam poteſtatem non tolli *promiſſione etiam ejus, quod nec naturalis, nec divini ſit juris* 1, 3, 16.
  - 4. ſummum imperium dividi interdum per *partes ſubjectivas*, aut *potentiales* 1, 3, 17, 18, 19, 20.
- 3. *Quæſtiones tres*, videlicet an ſummam poteſtatem habeant
  - 1. *qui inæquali fœdere tenentur* 1, 3, 21.
  - 2. *qui tributum pendunt* 1, 3, 22.
  - 3. *qui feudi lege tenentur* 1, 3, 23.
- 4. Diſtinctio *imperii*, ut juris, ab actu imperandi ſeu uſu juris 1, 3, 24.



Digitized by Google

E

*Subdita alteri.* Ubi quæritur, *an aut privatis aut publicis perſonis bellum gerere liceat in eos, quorum imperio, ſive ſummo, ſive minori ſubſint.* 1, 4. ubi notentur

1. Quod bellum in ſuperiores, qua tales, *non ſit*
   1 *licitum jure naturæ* 1, 4, 2.
   2. *conceſſum lege Hebraa* 1, 4, 3.
   3. *conceſſum lege Evangelica*, idque probatur
      1. *ex ſacris literis* 1, 4, 4.
      2. *ex factis Chriſtianorum veterum* 1, 4, 5.
2. *Quod inferioribus magiſtratibus non ſit licitum gerere bellum adverſus ſummam poteſtatem*, idque probatur & rationibus & ſacris literis 1, 4, 6.
3. Q. An lex de non reſiſtendo nos obliget *in graviſſimo & certiſſimo diſcrimine* 1, 4, 7. Et quia ſummum imperium tenentibus reſiſti non poteſt, tenendi ſunt *certi caſus*, qui pariunt exceptionem. Sic jus belli datur
   1. *contra eum, qui jus imperandi habet, aut habuit*, nempe in Regem, qui
      1. *imperat libero populo* 1, 4, 8.
      2. *imperium abdicavit* 1, 4, 9.
      3, *regnum alienat, ad impediendam traditionem tantum* 1, 4, 10.
      4. *manifeſto ſe hoſtem totius populi fert* 1, 4, 11.
      5. *amiſit regnum ex lege commiſſoria* 1, 4, 12.
      6. *partem duntaxat imperii habet* pro ea parte, quæ ipſius non eſt 1, 4, 13.
      7. *reſiſtendi licentiam certis caſibus populo fecit reſervari* 1, 4, 14.

G



Digitized by Google

A D G

2. *contra invaſorem alieni imperii* (1, 4, 15.) *videlicet*

1. *licere ipſum* imperio dejicere

1. *ex jure belli manentis* 1, 4, 16.

2. *ex lege antecedente* 1, 4, 17.

3. *ex mandato jus imperii habentis* 1, 4, 18.

2. *non licere*

1. *extra prædictos caſus* 1, 4, 18.

2. *Et privatos in jure* controverſo judicium ſibi ſumere non debere 1, 4, 20.

2. *Adjuvantes*, quæ aliis opem ferunt 1, 5.

3. *Inſtrumentales*, 1, 5, 1, 3.

MATERIA. vide Tabulas ſeq. libri II.

FORMA. De qua in Tabulis libri III.



Digitized by Google

Sequuntur TABULÆ Libri ſecundi.

ABC

# Tabula V.

MATERIA, ex qua bellum naſci ſolet, comode inveſtigatur, ſi conſideretur, quod bellũ ſuſcipitur *ab iis*, qui ſunt vel *ſui juris*, vel *ſub alieno imperio*. Et quidem

1. *Sui juris*, utpote qui ſuſcipiunt bellum
   1. *pro ſe*, conſiderando cauſam, an ſit (T.VI.
      1. *juſta* ſeu juſtifica. 2,1,1. 2,22,1. de qua vid.
      2. *injuſta* ſeu ſuaſoria, ubi notandum (A)
         1. quod *bella, quæ carent cauſis & juſtificis & ſuaſoriis, ſint ferina*. 2, 22, 2. (B)
         2. quod *bella, quæ ſuaſorias cauſas habent, non juſtificas, ſint prædonum*. 2, 22, 3.
         3. quod quædam ſint *cauſæ, quæ falſam habent juſtitiæ ſpeciem, ut ſunt*
            1 *metus incertus*. 2, 22, 5.
            2 *utilitas ſine neceſſitate*. 2, 22, 7.
            3 *negantium matrimonium* in magna feminarum copia. 2, 22, 7.
            4 *cupiditas melioris ſoli*. 2, 22, 8.
            5 *inventio rerum occupatarũ ab aliis*. 2, 22, 9.
            6 *etiamſi priores occupatores amentes ſint*. 2, 22, 10.
            7 *libertatis deſiderium in populo ſubdito*. 2, 22, 11.
            8 *voluntas regendi alios invitos* quaſi ad ipſorum bonum. 2, 22, 12.
            9 titulus *univerſalis imperii*, quem quidam aſcribunt Imperatori. 2, 22, 13.
            10 Alii *Eccleſiæ*. 2, 22, 14.
            11 *voluntas implendi vaticinia* ſine Dei mandato. 2, 22, 15.
            12 *debitum, quod non ex jure ſtricto, ſed aliunde profluit*. 2, 22, 16. (C)

C

3. *Dubia*, 2, 23. ubi notentur

1. *cauſa dubitandi* in moralibus. 2, 23, 1.

2. *regula in dubiis*,

 1. *nihil faciendum contra rationis dictamen*, quamvis errans. 2, 23, 2, & 5.

 2. judicium in alteram partem duci

  1. *argumentis* rerum *intrinſecis* petitis à
   *cauſis*
   *effectu*
   *adjunctis*. 2, 23, 3.

  2. *extrinſecis*, *auctoritate & conſilio ſapientum*. 2, 23, 5.

 3. ſi utrinque dubitetur in re gravi,& alterum ſit eligendum, *ſumendum*, *quod eſt tutius*. 2, 23, 5. unde ſequitur in tali caſu *abſtinendum bello*. 2, 23, 6. & *vitandum* id aut

  1. *colloquio*. 2, 23, 7.

  2. *arbitrio*, ubi de Chriſtianorum Regum officio circa partes bellantes. 2, 23, 8.

  3. *ſorte*. 2, 23, 9.

  4. an etiam *certamine ſingulari*. 2, 23, 10.

 4. *meliorem eſſe conditionem poſſidentis* in pari dubio. 2, 23, 11.

 5. *ſi neuter poſſideat*, in pari dubio rem dividendam. 2, 23, 12.

3. Quæſtio, *an detur bellum utraque ex parte juſtum*, multis diſtinctionibus explicatur. 2, 23, 13. 2, 26, 6.

4. *Neceſſaria*. C.

 ABC

ABC

4. *Neceſſaria* ubi monetur de non temere etiam ex juſtis cauſis ſuſcipiendo bello. 2, 24. 3, 25. Eſt ergo bellum

1. vitandum
   1. *ex dilectione*, quæ ſuadet
      1. *Jus eſſe ſæpe remittendum.* 2, 24, 1.
      2. *maxime jus ad pœnam.* 2, 24, 2.
      3. præſertim à Rege læſo. 2, 24, 3.
   2. ex cura ſui & ſuorum. 2, 24, 4.
   3. ex regulis prudentiæ circa electionem bonorum. 2, 24, 5.
   4. à pœnis exigendis debere eum abſtinere (§.6.) qui non multo validior §.7.
2. Suſcipiendum
   1. in ſumma neceſſitate, quæ rara. 2,24,8.
   2. ex maxima cauſſa cum maxima occaſione, nimirum, ſi à jure ſtent vires. 2,24,9.

2. *pro aliis.* 2, 25. 1, 5, 1.

1. *juſte*
   1. pro *ſubditis*, non ſemper tamen. 2,25,1,2.&3.
   2. pro *fœderatis* æqualibus & inæqualibus 2,25,4.
   3. pro *amicis*. 2, 25, 5.
   4. pro *hominibus quibusvis*. 2, 25, 6. & 7.
   5. an pro *ſubditis alienis*. 2, 25, 8.
2. *injuſte*
   1. *in ſocietate & mercenaria militia ſine diſcrimine.* 2, 25, 9.
   2. *præda & ſtipendii cauſſa.* 2, 25, 9. & 10.

2. *ſub alieno imperio.* A.



Digitized by Google

A

1. *Sub alieno imperio*. & poſiti in conditione parendi 2, 26. ubi notanda

1. *qui poſiti ſint in conditione parendi*, nempe
*filii familiarum*,
*ſervi*,
*ſubditi*,
etiam *ſinguli cives*, ſi cum civitatis corpore comparentur 2, 26, 1.

2. Quid faciendum

1. poſitis ſub alieno imperio

1. ſi *ad deliberandum adhibentur*, *aut liberam electionem habent*, *aut militandi*, *aut quieſcendi* 2, 26, 2.

2. ſi *imperetur illis*, *ut militent*, & illi cauſſam belli injuſtam credant, non militandum 2, 26, 3.

3. ſi *dubitent*, quid tum faciendum 2, 26, 4.

2. *Superioribus*, ſcilicet pietatis eſſe hac in re dubitantibus ſubditis parcere ſub onere tributi extraordinarii 2, 26, 5. & medio militis conductitii, etiam mali.

3. *caſus*, quo in bello manifeſte injuſto juſta eſſe poſſunt defenſio & arma ſubditorum 2, 26, 6. c. 1, 18.



Digitized by Google

A B *De juſtifica bellorum cauſſa.*

*Juſta* ſeu *Juſtifica cauſſa belli* ſuſcipiendi nulla alia eſt,niſi *Injuria*. 2, 1. (*factam*. Et quidem

Dantur autem actiones vel *ob injuriam nondum factam*, vel

1. *Nondum factam*, quæ petit aut *corpus*, aut *rem*, & hinc oritur Defenſio. 2, 1, 2.
   1. *privata* §. 2. quæ debet eſſe mera defenſio ſine jure ulciſcendi §.4. Defenſio talis eſt vel
      1. *perſonarum*, ubi bellum eſt
         1. *licitum*
            1. *pro vita defendenda*. 2, 1, 4.
            2. *contra aggreſſorem* ſolum, nō interpoſitum alium innocentem. 2, 1, 4. (2, 1, 5.
            3. *in periculo præſente & certo*, non opinabili
            4. *pro integritate membrorum*. 2, 1, 6.
            5. *maxime pro pudicitia*. 2, 1, 7.
         2. *illicitum*
            1. *adverſus perſonam publice valde utilem*. 2,1,9.
            2. *ad arcendam alapam*, aut contumeliam ſimilem, ne refugiatur. 2, 1, 10.
      2. *rerum*, ubi notandum §.11.an (naturæ 2,1,11.
         1. *pro reb.defendendis interfectio* nō ſit illicita jure
         2. quatenus ea permiſſa ſit lege Moſis.2,1,12.
         3. an & quatenus lege Evangelica. 2, 1, 13.
         4. an lex civ.interfici aliquē defenſionis cauſa permittēs,jus det,an ſolá impunitatē 2,1,14.
         5. *duob.modis* poſſe contingere, ut à privatis ſine peccato ſuſcipiatur ſingularis dimicatio,
            1. ſi *invaſor concedat alteri licentiam dimicandi* alioquin eum occiſurus ſine dimicatione. 2,1,15. (tos inter ſe committat §.15.
            2. ſi *Rex aut magiſtratus* duos mortem meri-

A

A B

2. *publica*, quæ adjunctum habet jus ulciſcendi. Ubi notanda

1. quod quæ ſuperius de privato bello dicta ſunt, *ad publicum quoque aptari* debeant. 2, 1, 16.

2. quod jure gentium arma non recte ſumantur *ad imminuendam potentiam creſcentem*, quæ nimium aucta nocere poſſet. 2, 1, 17.

3. quod in eo non ſit juſta defenſio, qui bello cauſam dedit. 2, 1, 18. niſi in nulla ſatisfactione placabilem. *hic* & 24, 4. aut inhumane ſævum. 2, 26, 6.

2. *Factam*, ut illa injuria aut *reparetur*, aut puniatur. Et quidem

1. *Reparetur*. 2, 2, 1. Quod reparandum venit, ſpectat aut *id quod noſtrum eſt*, aut *quod nobis debetur*. Et quidem

C 1. *id quod noſtrum eſt*. Ut hæc actio recte inſtituatur, ſciendum eſt, *qua ſit vis dominii*, & *qua obligatio inde oriatur*, & quidem

D 1 *qua ſit vis proprietatis* quod ICti vocant *Dominium*. *Dominium incipit & deſinit*,

1. Incipit, ubi conſiderentur

E 1. *proprietatis & dominii exordium*. 2, 2, 2.

F 2. *quod aliquid fiat noſtrum* dupliciter nempe

1. *aliud jure hominum communi*, G.

2. *aliud jure noſtro ſingulari* de quo Tab. VII.



Digitized by Google

GH

1. aliud jure hominum communi. 2,2,1. hoc jus, quod hominibus eſt commune, eſt
 1. directe in res corporales. 2, 2, 1. quæ ſunt
  1. aut *vacua à proprietate*, tales ſcilicet, ut
   1. aut *propria fieri nequeant*, ut mare ſumtum, aut pro ſuo integro, aut pro præcipuis partibus, & quare. 2, 2, 3. (priæ. 2,2,4. Et ſic
GH 2. aut *propria fieri poſſint*, *ſed nondum* factæ *ſint* pro-
    1. *ſolum non occupatum* cedere occupantibus, niſi per univerſitatem à populo occupata ſint §.4. (Lex obſtet §.5.
    2. *Feras, piſces, aves* cedere occupanti, niſi
  2. aut *jam facta ſunt aliquorum propria*. 2, 2, 6. *In res proprias jam factas* competit hominibus *jus* citra omnem culpam poſſeſſoris, (§.10.) (de qua 3, 1, 2. 3, 13, 1. 3, 15, 11. 3, 18. 1.)
   1. *neceſſitatis*, *ius utendi*, *cum his cautionibus* (§.6.)
    1. *niſi neceſſitas aliter ſit vitabilis*. 2, 2, 7.
    2. *niſi par ſit neceſſitas in poſſidente*. 2, 2, 8.
    3. *adjunctum eſſe onus reſtituendi rem. Cum reſtitui poterit* §. 9.
    Illatio hinc effloreſcens: *locorum munitorum in bello occupatio & cuſtodia evitandi periculi cauſa* §.10. (§.11. hinc manat
   2. *utilitatis innoxiæ*, h. e. qua nihil alteri decedat
    1. *jus in aquam profluentem*. 2, 2, 12.
    2. *jus tranſeundi terra & amnibus*. 2, 2, 13. Ubi quæſtio de vectigali mercibus tranſeuntibus imponendo §. 14.
    3. *jus morandi* ad tempus. 2, 2, 15.
    4. *jus habitandi*, his competens, qui ſedib. ſuis expulſi ſunt, ſub imperio quod reperitur 2,2,16.
    5. *jus habendi loca deſerta*. 2,2,17. FGH

Digitized by Google

2. aut ad actus aliquos, quos vita humana deſiderat 2, 2, 18. idque vel
1. *Simpliciter*, utpote
1. *ad emenda neceſſaria* 2,2,19. non tamen ad res ſuas vendendas 2, 2, 20.
2. *ad quærenda matrimonia* 2, 2, 21.
2. *ex ſuppoſitione* faciendi ea, quæ promiſcue extraneis permittuntur 2, 2, 22.
2. *aliud jure noſtro proprio & ſingulari* per acquiſitionem 2, 3. de quo Tabul. VII.
2. Deſinit 2, 9. (dominium.
1. *derelictione*, quia voluntate ceſſante, non manet
2. *ſublato eo qui jus habuit*, nec exiſtente ſucceſſore (2, 7.)
1. ut in *ſucceſſionibus ab inteſtato* 2, 7, 1. & 3.
2. ut *in familia deficiente*, quæ jus aliquod habebat 2. 9, 2.
3. Quod attinet populum, is
1. *deſinit eſſe* interitu
1. *corporis* ſcil. vel
*ſublatis partibus neceſſariis* 2, 9, 4.
*ſublato toto corpore populi* 2, 9, 5.
2. *ſpeciei* ſ. ſpiritus & formæ, qua eſt populus 2, 9, 6.
2. *non deſinit*
1. *migratione* 2, 9, 7.
2. *mutato regimine* 2, 9, 8.
3. *unione populorum* 2, 9, 9.
4. *diviſione populi* 2, 9, 10. ubi corollaria ſubnectuntur
1. cujus nunc ſint, quæ, *Romani Imperii fuerunt*, nec alienata apparent 2, 9. 11.
2. *de jure hæredum* 2, 9, 12.
3. *de jure victoris.* 2, 9, 13. lib. 3. à c. 4. ad 8.

E I

2. *quæ obligatio ex dominio oriatur adverſum nos.* In hac materia occurrunt,

1. *Duæ regulæ.* Quemadmodum obligatio talis naſcitur, aut ex *rebus extantibus*, aut *non extantibus*: ita cuique obligationi ſua ponitur regula videl.
   1. E rebus extantibus obligatio hæc naſcitur, qua *tenetur is, qui rem noſtram habet in ſua poteſtate, efficere quantum in ſe eſt; ut in noſtram poteſtatem veniat* 2, 10, 1.
   2. De rebus non extantibus hoc humano generi placuit, *ut ſi tu ex re mea factus es locupletior, in tantum tenearis, in quantum factus es locupletior* 2, 10, 2.
2. *Quæſtiones* ſeu potius reſolutiones decem, videlicet
   1. *bonæ fidei poſſeſſorem ad reſtitutionem non teneri, ſi res perierit* 2, 10, 3.
   2. *Eundem teneri ad reſtituendos fructus extantes* §. 4.
   3. *& conſumtos*, niſi alias conſumturus nõ fuerit §. 5.
   4. *non eos, quos neglexit percipere* §. 6.
   5. *non teneri eundem ad reſtitutionem rei, quam donavit alii*, cum diſtinctione §. 7.
   6. *nec ſi rem emtam vendiderit*, ſimiliter cum diſtinctione §. 8.
   7. *quando pretium aut ejus partem ſervare poſſit*, qui rem alienam bona fide emit. §. 9.
   8. *rem alienam emtam reſtitui venditori non poſſe* §. 10.
   9. *qui rem habet, cujus ignoretur dominus*, nemini teneri emta concedere §. 11.
   10. *ob cauſam turpem aut alioqui vetitam acceptum non eſſe reſtituendum naturaliter.* §. 12.

I



Digitized by Google

CDI

| | 3. *Refutatio* ſententiæ ſtatuentis, rerum quæ pondere, numero, menſura conſtant, dominium ſine conſenſu domini tranſire 2, 10, 13.

| 2. *Quod nobis debetur.* 2, 11. de quo infra Tab. IX.

2. *Aut puniatur.* Ubi agitur de pœna primitiva & derivativa. 2, 20, & 21. v. Tab. XV.



Digitized by Google

# Tabula VII.

## *De Acquiſitione originaria.*

Jure ſingulari noſtrum fit ACQUISITIONE (2,2,1.2,3,1.)
I. ORIGINARIA II. DERIVATIVA.
Et primo quidem ORIGINARIA ( 2, 3, 1.) in
1. *Res*, quæ
1. *nullius fuere*, ita ut dominum
1. *vel nondum habuerint.* Tales
1. olim cum genus humanum coiret, acquirebantur per diviſionem 2, 3, 1.
2. *nunc acquiruntur*
*non* 1. *conceſſione juris incorporalis* 2, 3, 2.
2. *nec ſpecificatione* 2, 3, 3.
ſed tantum *per occupationem.* Ubi notandum
A B C
1. *in genere*, quod in rebus, quæ proprie nullius ſunt, duo ſint occupabilia, nempe
1. *Imperium* 2, 3, 4. quod acquiritur ſummis poteſtatibus ( & ei ineſt jus illud eminens in perſonas & res ſingulorum 1, 1, 6.) Imperium habet duas *materias* ſibi ſubjacentes, *primariam*, perſonas, quæ materia interdum ſola ſufficit; & *ſecundariam*, locum qui territorium dicitur 2, 3, 4.
2. *Dominium*, quatenus ab imperio diſtinguitur, eſt ſingulorum proprietas 2, 3, 4.
D



Digitized by Google

C D

2. *In ſpecie* vero quod
1. occupatio mobilium rerum lege poſſit anteverti 2, 3, 5.
2. dominium infantium & amentium nitatur jure §. 6.
3. occupari poſſunt flumina §. 7.
4. etiam mare, ſed certo modo §. 8. & 12.
5. imperium in partem maris occupari poteſt *n.* 13. Hinc ſequitur quod
1. vectigal navigantibus mari ex certis cauſis imponi queat *n.* 14.
2. pactiones poſſint fieri, quæ vetant ultra terminos maris navigare *n.* 15.
6. Fluminis curſus mutatus an territorium immutet, cum diſtinctione explicatur *n.* 16.
7. quid ſentiendum ſit, ſi alveus plane mutatus ſit *n.* 17.
8. flumen interdum totum accedat territorio *n.* 18.

2. *Vel habuerunt*, ſed habere deſierunt: puta, quia derelictæ ſunt, aut quia defecerunt domini. Nam hæc redierunt in eum ſtatum, in quo primum res fuerant *n.* 19.

A B (tio rerum derelictarum

2. *Derelicta ſunt*, omiſſa ſcilicet poſſeſſione. Acquiſi-
1. *non fit*, *uſucapione* aut *præſcriptione* proprie ita dicta
inter populos diverſos, eorumve rectores 2,4,1.
2. *fit*, per longævas poſſeſſiones §.2. Et ſic acquirun-
1. *Dominium*, probando res eſſe derelictas (tur
1. *ex præſumtione & conjecturis humanæ voluntatis*,
quæ petuntur
1. non ex *verbis* tantum §.3. 2. ſed & ex *factis*
*n*.4. 3. & ex *non factis*, & inprimis ex ſilen-
tio *n*.5. ſed requiritur ut ſilentium ſit *ſcien-
tis*, *libere volentis*. 4. *à tempore*. quomodo tem-
pus adjunctum non-poſſeſſioni & ſilentio
ad conjecturam juris derelicti valeat, ex-
ponitur *n*.6. ordinarie tamen ad talem con-
jecturam ſufficere tempus memoriam ex-
cedens, & quale hoc ſit *n*.7. cui annectitur
quæſtio, an aliquis præſumendus ſuum ja-
ctare? imperiaque tandem in certo con-
ſtitui debere probatur *n*. 8.
2. ex *jure gentium voluntario*, quo ſc. introducta ſit
lex, ut poſſeſſio memoriam excedens, non in-
terrupta, nec provocatione ad arbitrum inter-
pellata omnino dominium transferat *n*.9.
2. *Jus ſummæ poteſtatis* aut regi, aut populo. Ubi
notanda quatuor: 1. *an ll. civiles de uſucap. &
præſcriptione teneant eum, qui ſummam poteſtatem
habet*, cum diſtinctionibus explicatur *n*.12. 2. *ea
jura, quæ ſeparabiliter & communicabiliter adhærent
ſummo imperio, uſucap. & præſcriptione quæri & a-
mitti n*.13. 3. refellitur ſententia ſtatuens, *ſem-
per ſubditis licere ſe in libertatem vindicare n*. 14.
5. *Per-* 4. *quæ meræ ſunt facultatis, nullo tempore amitti*,
...m. quod explicatur *n*. 15.



Digitized by Google

A E

2. *Perſonas.* Jus in perſonas originarie acquiritur: *Generatione, Conſenſu, Delicto.* Et quidem

1. *Generatione*, quia parenti utrique, patri ſcilicet & matri jus in liberos acquiritur 2,5,1. ubi notanda
   1. quod ſi contendant inter ſe imperia patris & matris, *praefertur patris imperium*, ob ſexus præſtantiam §.1.
   2. *Diſtinguenda* ſunt in liberis *tria tempora*
      1. *imperfecti judicii*, quo omnes liberorum actiones ſub dominio ſunt parentum. Sunt tamen liberi eo tempore capaces dominii in res ex jure gentium, ſed *exercitium* impeditur 2, 5, 2.
      2. *Judicii maturi, ſed dum filius pars manet familia parentum*: quo tempore ſubſunt parentum imperiis, non aliæ actiones, quàm quæ ad familiæ ſtatum aliquid momenti habent: in ceteris liberi habent facultatem moralem agendi, ſed pietas in parentes ſuadet, ut non niſi parentibus grata & accepta agant *n* 3. ubi annectuntur quædam *de jure* 1. *cogendi ſeu coërcendi.* 2. *vendendi liberos n.*4. & 5.
      3. *Poſtquam ex familia exceſſit*, quo tempore filius in omnibus eſt ſui juris, ſalvo tamen perpetuo pietatis & obſervantiæ debito *n.*6. Hinc naſcitur diſtinctio poteſtatis parentum in poteſtatem eorum *naturalem & civilem n.*7.
2. *Conſenſu.* Quod jus oritur
   1. aut ex *conſociatione.* F.
   2. aut ex *ſubjectione.* F.



Digitized by Google

F G

1. & primo quidem ex *conſociatione*

1. *privata* & maxime naturali *inter maritum & uxorem*, inter quos imperium non eſt commune, ſed maritus eſt uxoris caput, nempe in rebus conjugii, & in rebus familiæ, ubi notentur

1. *quid ſit conjugium.* Conjugium naturaliter exiſtimamus talem cohabitationem maris cum fœmina, quæ fœminam conſtituat quaſi ſub oculis & cuſtodia maris. Nam tale conſortium & in brutis animantibus quibusdam videre eſt. In homine vero, qua animal eſt, utens ratione, ad hoc acceſſit Fides, qua ſe fœmina mari obſtringit 2, 5, 8.

2. *quod conjugii indiſſolubilitas & adſtrictio ad unam uxorem non ſit neceſſaria ex lege naturæ & lege divina ante Evangelii promulgationem per Chriſtum, ſed tantum ex lege Evangelica.* §. 9.

3. *illicita & vetita*

1. jure naturæ non eſſe *connubia ob defectum conſenſus parentum* §. 10. 2. ex lege Evangelica eſſe *connubia cum alieno viro & uxore* §. 11.
3. jure naturæ eſſe *connubia cum liberis n.* 12.
4. jure divino voluntario eſſe, *connubia fratrum cum ſororibus*: item *novercæ cum privigno*, & *ſoceri cum nuru. n.* 13. Non idem videri de propinquis ulterioris gradus *n.* 14. 5. poſſe eſſe quædam connubia licita, quæ à legibus appellantur nomine *concubinatus* §. 15.
6 poſſe eſſe quædam connubia illicita contracta, & tamen *rata n.* 16.

2. *Publica* v. G

E F G

2. *Publica conſociatio* eſt

1. *Aut in populum*, ubi in tali conſociatione obſerventur 1. quod *pars major* univerſitatis habeat jus integri, & nomine univerſitatis obliget ſingulos, qui ſunt in ſocietate 2, 5, 17. 2, quæ ſententia *in pari numero* prævaleat *n.* 18. 3. quæ ſententiæ *dividendæ*, quæ *conjungendæ n.* 19. 4. quod *abſentium jus* præſentibus accreſcat *n.* 20. 5. qui *ordo inter pares*, etiam Reges *n.* 21. 6. In *ſocietatibus, quæ fundamentum habent in re*, ſententias æſtimandas ſecundum partes, quas quisque habet in re. *n.* 22. 7. *Jus civitatis in ſubditos n.* 23. 8. *an civib. à civitate diſcedere liceat*, per diſtinctionem explicatur *n.* 24. 9. *jus civitati nullum in exules. n.* 25.

2. aut *ex populis* ſeu plurium populorum, & dicitur Fœdus, de quo cap. XV.

2. *ſubjectione* 2, 5, 26. quæ eſt

1. aut *privata*, & poteſt eſſe multiplex, ſicut multiplicia ſunt regiminum genera. Inter ſpecies ejus 1. nobiliſſima eſt *arrogatio*, qua quis ita ſe dat in familiam alterius, ut ei ſubſit ad eum modũ, quo filius, qui maturæ eſt ætatis, ſubeſt patri *n.* 26. 2. ignobiliſſima eſt, qua quis ſe dat *in ſervitutem perfectam*. Ubi notentur

1. *quid ſit perfecta ſervitus n.* 27. 2. quatenus in hoc jure dicatur ineſſe *jus vitæ & necis n.* 28. 3. quid ex jure nat. ſtatuendum de his, *qui ex ſervis naſcuntur n.* 29. 4. *ſervitutis diverſa genera n.* 30.

2. aut *publica*, qua ſe populus homini alicui, aut pluribus hominibus, aut etiam populo alteri in ditionem dat *n.* 31.

3. *Delicto n.* 32.

# Tabula VIII.

## *De Acquiſitione* DERIVATIVA.

ACQUISITIONE DERIVATIVA ſive alienatione *noſtrum* fit aliquid aut *Facto hominis*, aut *per legem*, c. VI. Et quidem

I. *Facto hominis* alienantis. In tali alienatione conſiderentur

1. *Requiſita*
   1. in *dante*. Ubi
      1. non ſufficit actus internus voluntatis 2,6,1.
      2. ſed ſimul requiruntur
         aut *verba*
         aut alia *ſigna externa* §. 1.
   2. in *accipiente* voluntas accipiendi 2, 6, 2.
2. *Materiæ alienabiles* ſunt
   1. *Imperium*
      1. *majus ſeu ſummum*, ubi notentur ſequentia
         1. Imperia alienari poſſe, interdum à rege, interdum à populo 2, 6, 3.
         2. *imperium in partem populi* alienari *parte invita* à populo non poſſe §. 4.
         3. nec *ipſam partem* in ſe imperium poſſe alienare, *niſi in ſumma neceſſitate* §. 5. Ubi cauſſa diverſitatis §. 6.
         4. *imperium in locum* poſſe alienari §. 7.
         5. rejicitur ſententia ſtatuens, ob utilitatem aut neceſſitatem recte à rege imperii partes alienari §. 8.
      2. *minus ſeu ſubordinatum*. Ubi notandum quod ad alienãdas jurisdictiones minores requiratur populi conſenſus, aut ſpecialis, aut conſuetudine introductus §. 10.

A B C A B C

Digitized by Google

A B C

2. *Res imperii.* Ubi nota

1. *patrimonium populi* à Regibus alienari poſſe. 2,6,11.

2. diſtinguendas *res, quæ in fructu ſunt patrimonii* à rebus patrimonii §.12.

3. *partes patrimonii oppignorari* à Regibus, quatenus poſſint, & cur §.13.

3. *Species alienationis* ſunt

1. *infeudatio*

2. *oppignoratio* §. 9.

3. *teſtamentum* §. 14.

II. *aut per Legem.* 2,7,1.

1. *Natura*, quæ ex ipſa dominii natura & vi ſequitur. Et ſic fit alienatio dupliciter

1. *expletione juris*, quando id, quod meum nondum eſt, ſed mihi dari debet, loco rei meæ, aut mihi debitæ, cum eam ipſam conſequi non poſſum, aliud tantundem valens accipio ab eo, qui rem meam detinet, vel mihi debet. 2,7,2.

2. *Succeſſione ab inteſtato*, quæ dicitur; poſito dominio, remota omni civili lege, ex conjectura voluntatis naturalem habet originem. *Jus ſuccedendi ab inteſtato* conſideretur (§.3.) vel

1. quoad modos *certos*. E.

2. quoad modos *incertos*. E.

D



Digitized by Google

E F

(ratur

Jus ſuccedendi ab inteſtato *quoad modos certos* conſide-

1. *in genere*, ubi ea omnia, quæ huc afferuntur, non ſunt jure naturæ neceſſaria, ſed tantum naturali conjecturæ quàm maxime conſentanea §. 11. Hic ſpectentur tria (7,7,3.
   1. *origo ſucceſſionis ab inteſtato*, quod ſit à natura
   2. *quando ab inteſtato detur ſucceſſio.* Nempe ſi *liberi*
      1. *Adſunt*, & tunc conſiderentur
         1. *Ratio ſuccedendi* ab inteſtato
            1. *ordinaria*, nempe
               1. *an aliquid de bonis parentum liberis jure debeatur*, per diſtinctionem explicatur 2, 7, 4. 2. in ſucceſſione *liberos defuncti parentibus* præferri, & cur §. 5.
            2. *vicaria*, quæ *repræſentatio* dicitur, & fit per ſtirpes §. 6.
         2. *Exceptiones*, quæ ſupra *de conjectura voluntatis* allatæ ſunt, locum habent, niſi in diverſum ſuppetant *indicia*
            1. *de abdicatione*. 2. de exheredatione §. 7.
            3. *de generis incertitudine*, ita ut non ſatis conſtet hunc illo eſſe genitum §. 8.
      2. *Deſunt*, ita ut nec teſtamentum, nec lex certa extent : & tum omnino videtur diſtinguendum inter *Bona*
         1. *avita*, quæ deferenda his, à quibus venerunt, aut eorũ liberis §. 9. 2. *noviter quæſita*, ut ei deferatur ſucceſſio, qui defuncto cariſſimus fuiſſe creditur. Is autem eſt, qui gradu cognationis proxime defunctũ attigit §. 10.
   3. *Legum circa ſucceſſiones diverſitas* §. 11.

F E F

Digitized by Google

2. *In ſpecie* quoad ſucceſſionem in regnis patrimonialibus : ubi conſiderentur, quæ modum habendi accipiunt ex populi libero conſenſu. 2.7,12. & ſuccedendi ex ordine naſcendi & naturæ indicio in individuis, à natu maximis incipiendum §.13. In his datur ſucceſſio

1. *hæreditaria*, quando regna, populi libero conſenſu facta ſunt hæreditaria, & ex præſumta populi voluntate deferuntur §.14. præſumitur enim populus id voluiſſe, quod maxime expedit. Ubi conſiderentur (§.14.)

1. *requiſita hæreditariæ ſucceſſionis*. Regnum ex populi conſenſu hæreditarium 1. *in dubio eſt individuum* §.14. 2. *non durat ultra poſteros primi regis* §. 15. 3. *non pertinet ad liberos naturales tantum* §. 16. 4. *præfert mares fœminis in primo gradu* §. 17. 5. *& inter mares præfert natu maximum* §. 18.

2. *quæſtiones binæ* 1. *an tale regnum pars ſit hæreditatis?* §. 19. 2. *præſumi in regno talem ſucceſſionem inſtitutam, qualis in aliis rebus in uſu erat tempore regni inchoati*, ſive regnum ſit 1. *allodiale* §. 20. 2. *feudale* §. 21.

2. *Linealis*. 1. *cognatica*, in qua fœminæ & ex fœminis nati homines non excluduntur, ſed poſtponuntur in eadem linea §.22. 2. *agnatica*, quæ eſt ſucceſſio duntaxat marium ex maribus §.23.

3. *modi alii*, qui aut populi voluntate, aut ejus, qui regnum ita in patrimonio habet, ut alienare poſſit, introduci queunt.

2. Jus ſuccedendi, *quoad modos incertos*. Ubi quæſtiones, controverſias ICtis de regnorum ſucceſſione agitatas, decidentes §. 25. *& ſeqq.*



Digitized by Google

D

2. *Gentium* 2, 8. Et quidem legem gentium

1. *proprie ita dictam*, quæ diſtinguitur à lege naturæ, & pertinet ad mutuam gentium inter ſe ſocietatem, diciturque ſupra *jus gentium voluntarium*. Quo ſpectat *acquiſitio dominii in res & perſonas* jure belli & armorum, de quo jure agit *Grotius* 3, 6, 8. 3, 4, 7.

2. *Improprie à Romanis ICtis ita dictum*, utpote cujus modi acquirendorum dominiorum pertinent non ad jus gentium voluntarium, ſed aut ad jus naturæ, non quidem merum, ſed quod ſequatur introductum jam dominium, & legem omnem civilem antecedat, aut ad ipſam legem civilem non ſolius populi Romani, ſed multarum etiam vicinarum nationum 2, 8, 1. Hic notandi *modi acquirendi* juri huic gentium à *Romanis attribui ſoliti*, quorum

1. *occupatio eorum, quæ nullius ſunt*, ſeu hero carentium 2, 8, 1. cujus ſpecies ſunt 1. *captura ferarum* §. 2. 2. *theſauri inventio* §. 7.
2. *fluvialia incrementa* §. 8. inſula nata §. 8. alluvio ſeu adjectio particularum §. 11.
3. *genitura animantium* §. 18. &c.
4. *confuſio* §. 19. 21.
5. *ſpecificatio* §. 19.
6. *plantatio & inſitio* §. 22.
7. *ædificatio* §. 22. In quib. tres obſervandæ regulæ: 1. naturaliter, *confuſis & commixtis diverſorum materiis, communionem induci pro rata ejus, quod quisq; habet* §. 19. 22. 2. *civiliter, rem majorem vel quæ pluris eſt prævalentia ſua ad ſe trahere minorem, natura tamen non repugnante* §. 19. 21. 3. *poſſeſſorem fructus ex re aliena non ſuos facere, ſed impendia in rem & operam utilem facta ex iis deducere* §. 23. 24.
8. *traditio* §. 25.

Digitized by Google

Tabu-

# Tabula IX.

## *De eo quod nobis debetur.* v. Tab. VI. D.

*Quod nobis debetur*, perſequimur *jure* (2,1,2. 2,11,1. 2.17,1.) *natura* vel *Gentium voluntario*. Et quidem

1. *Jure naturæ.* Idque vel *ex conventione*, vel *ex maleficio* vel *ex lege*. Et quidem
   1. vel ex *conventione*, in qua ſpectari debent *vis conventionis*, & *interpretatio*. Et quidem
      1. *vis conventionis* conſideratæ vel *abſolute*, vel *cum reſpectu ad perſonas paciſcentes*. Et quidem
         1. *abſolute*, ex *promiſſo* vel *nudo*, vel *veſtito* (2,11.)
            1. *nudo*, quæ conventio dicitur *promiſſio* 2,11,4. Circa *promiſſa notentur*
               1. quod *ex promiſſis naturaliter jus oriatur* 2,11,1.
               2. *gradus loquendi de futuris*
                  1. *aſſertionem nudam* non obligare 2,11,2.
                  2. *pollicitationem* naturaliter obligare, ſed inde alteri jus non naſci §. 3.
                  3. quando ad pollicitationem *ſignum* accedit *volendi*, jus propriũ alteri confert: quæ *perfecta promiſſio* eſt, ſimilem habens effectum, qualem alienatio dominii (2,6,2.) Ad perfectæ promiſſionis vim requiruntur v. G

A B C D E F G



Digitized by Google

G

Ad *perfectæ promiſſionis vim* requiruntur

1. *in promittente uſus rationis* 2, 11, 5. ubi additur
   1. an *promiſſio errantis* & quatenus obliget naturaliter §. 6.
   2. *promiſſionem ex metu* obligare, ſed qui metui cauſam dedit, teneri ad liberandũ promiſſorem §. 7.
2. ut id, *quod promittitur, ſit in poteſtate promittentis* §. 8. ubi quæritur
   1. an *promiſſio ob cauſſam vitioſam valeat naturaliter*, & per diſtinctionem explicatur §. 9.
   2. quid ſentiendum *de promiſſione facta ad conſequendam rem jam ante debitam* §. 10.
3. *ut modus valide promittendi*
   1. *per nos ipſos fiat* per *actum externum*, h. e. ſignum ſufficiens voluntatis, quale interdum poteſt eſſe nutus, frequentius enim vox & literæ §. 11.
   2. *per alios*, ubi & de *legatis mandata excedentibus* §. 12. hinc etiam obſervetur, *quatenus inſtitoria & exercitoria obligatio ex jure naturæ procedant* §. 13.
4. *acceptatio* §. 14. ubi annectuntur
   1. an *acceptatio innoteſcere debeat promiſſori*, per diſtinctionem explicatur §. 15.
   2. *revocari promiſſionem poſſe mortuo ante acceptationem, cui promiſſum erat* §. 16.
   3. an *& internuntio mortuo*, per diſtinctionem explicatur §. 17.
   4. an *revocabilis ſit promiſſio acceptatione per alterum facta*, per diſtinctionem explicatur §. 18.

EF

E F

3. *onus promiſſo adjici*, quo tempore poſſit 2, 11, 19.
4. *quomodo convaleſcere poſſit invalida promiſſio* §. 20.
5. *promiſſiones ſine cauſſa naturaliter non eſſe irritas* §. 21.
6. *qui factum alienum promiſit, ad quid naturaliter teneatur* §. 22.

2. *veſtito*

1. *contractu aliquo* vel jurejurando. De contractibus agitur
1. *Generaliter*, videlicet
1. de diviſione *actuum humanorum.* Actus humani, qui ſunt aliis hominibus utiles, dividuntur in
1. *Simplices*, quorum alii
*Benefici*
1. *meri*, qui
aut *in præſens abſolvuntur*, ut factum utile, & donatio.
aut *in futurum prominent*, ut promiſſiones tum dandi tum faciendi 2, 12, 2. (*diſponunt*
2. *cum mutua quadam obligatione*, qui
aut *de re ſine alienatione*
aut de facto, ita ut aliquis effectus ſuperſit 2, 12, 2.
*Permutatorii*, qui
aut *diriment partes*
aut *communionem afferunt* §. 3. & 4.
2. *Mixtos*
1. *principaliter* §. 5.
2. *per acceſſionem* §. 6.

H I K



Digitized by Google

I K

2. *De natura contractuum* notentur

1. quod omnes actus aliis utiles extra mere beneficos *contractuum* nomine appellentur 2, 12, 7.

2. quod in contractibus requiratur *æqualitas*, quæ conſiſtit

1. *jure naturæ*

1. in *actibus*

1. *præcedaneis*, videlicet

*ſcientia & intellectu rerum* §. 9.

*libertas volendi* §. 10.

2. *principali*, ne plus exigatur, quàm par ſit §. 11.

2. *in eo, de quo agitur*, quod explicatur §. 12. quæ æqualitas locum habeat in actibus mere & partim beneficis §. 13.

2. *jure gentium* voluntario, quoque. Ubi una exceptio, quod inæqualitas rerum, in quam ſine dolo partis conſenſum eſt, pro æqualitate habetur §. 26.

2. *Specialiter*. Ubi occurrunt 9. quæſtiones

1. quomodo æſtimand. *rei pretium* in venditione, & ex quib. cauſis juſte creſcat aut minuatur §. 14. 2 quando *naturaliter perfecta ſit venditio*, & quando dominium tranſeat §. 15. 3. *monopolia*, quæ ſint contra jus naturæ aut diligendi legem §. 16. 4. *pecunia functionem quomodo recipiat* §. 17. 5. de *conductionis mercede* naturaliter nihil remittendũ ob ſterilitatem & ſimiles caſus, & quid ſi conductore primo impedito res alii locata ſit §. 18. 6. *juſta merces*, quomodo creſcat & minuatur §. 19. 7. quo jure vetitæ ſint *uſuræ*, & quæ circa mutuũ notanda §. 20, 21, 22. 8. qualis æſtimatio facienda ſit *in contractu averſi periculi* ſive aſſecuratione §. 23. 9. *qualis in ſocietate*. Ubi multæ ejus ſpecies explicantur §. 24, 25.

Digitized by Google

A B C D H

2. *jurejurando* 2, 13. de quo Tab. X.

2. *cum reſpectu ad perſonas paciſcentes*, quarum præcipuæ ſunt ſummi imperii compotes 2,14. & 15. v. Tab. XI.

2. *Interpretatio conventionum & pactorum* 2, 16. v. Tab. XII.

2. *vel ex maleficio* ſeu damno per injuriam dato 2, 17. v. Tab. XIII.

3. *vel ex lege* 2, 1, 2. 2, 17, 2.

2. *Jure gentium voluntario*, utpote quod induxit

1. *ſanctimoniam legationum* 2, 18.

2. *corporum mortuorum ſepulturam* 2, 19. v. Tab. XIV.



Digitized by Google

# Tabula X.

## *De* JUREJURANDO, *cujus mentio Tab. IX. lit. H.*

In *Jurejurando* ſpectantur *jurisjurandi*

1. *vis apud omnes populos & ab omni ævo* etiam ex paganorum opinione 2, 13, 1.
2. *requiſita*
   1. ut adſit *animus deliberatus*, nempe ut quis jurare voluerit §. 2.
   2. verba jurantis obligare *in ſenſu quo ea creditur accepiſſe, cui juratum eſt* §. 3. *juramentum dolo elicitum, quando obliget* §. 4.
   3. juramenti *verba* non eſſe extendenda *ultra receptum loquendi morem* §. 5.
   4. juramentum non *obligare*
      1. *de re illicita* factum §. 6.
      2. aut *quod impediat majus bonum morale* §. 7.
      3. aut *ſi factum ſit impoſſibile* §. 8. quid ſi impoſſibile ſit ad tempus? §. 9.
3. *Forma*
   1. jurari Deo nominato, & quo ſenſu §. 10.
   2. ſed & *nominatis rebus aliis* cum reſpectu ad Deum §. 11.
   3. juramentum etiam eſſe, etiamſi per falſos Deos juretur §. 12.

A



Digitized by Google

A

4. *obligatio* ſeu *effectus*. Ubi notandum

1. *obligatio* ex jurejurando eſt *duplex*, tempore juris-jurandi, & poſtea §. 13.

2. quando ex jurejurando *jus quaratur Homini & Deo*, quando Homini tantum §. 14.

3. refellitur ſententia ſtatuens, *eum qui pirata aut tyranno juravit, Deo non teneri* §. 15.

4. qui perfido juravit an implere debeat, diſtinctione explicatur §. 16.

5. Cum Deo ſoli quis obligatus fuit, heredem ejus ad nihil teneri §. 17.

6. periurum non eſſe, *qui non implet nolenti impleri, aut ſublata qualitate ejus, cui ſub illa qualitate juratum eſt* §. 18.

7. quando *irritum* ſit, *quod contra juramentum fit* §. 19.

8. *ſuperiorum actus* quid poſſint circa id, quod ſubditus juravit, aut quod ſubdito juratum eſt, cum diſtinctione exponitur §. 20.

9. *monita Chriſti de non jurando*, ad quale juramentum proprie pertineant §. 21.

5. *aequipollens*, videlicet fides jurata, quæ juramenti vicem ex more habet §. 22.



Digitized by Google

# Tabula XI.

## *De conventionis vi cum reſpectu ad perſonas paciſcentes.* *Cujus mentio Tab. IX. lit. D.*

*Conventionis vis cum reſpectu ad perſonas paciſcentes*, quarũ præcipuæ ſunt ſum̃i imperii compotes, conſideratur

1. *Generaliter* (2, 14.) de *eorum*, *qui ſummum imperium habent promiſſis, contractibus & juramentis.* Ubi ſpectatur, quid ſummæ poteſtati liceat
   1. *in actus ſuos*, ubi
      1. refellitur ſententia ſtatuens, *reſtitutiones in integrum ex jure civili venientes ad regum actus, qua tales ſunt, pertinere.* Item, *regem ex juramento non teneri* 2, 14, 1.
      2. *ad quos regum actus leges pertineant*, diſtinctionibus explicatur §. 2.
      3. *jurejurando quando rex teneatur aut non teneatur* §. 3.
      4. quatenus rex teneatur *his quæ ſine cauſſa promiſit* §. 4.
      5. uſus ejus, quod de legum vi circa regum contractus dictum eſt §. 5.
   2. *in ſubditos*, quo ſpectant
      1. *ſubditis obligari naturaliter* tantum, an & *civiliter* §. 6.
      2. *jus quæſitum ſubditis licite quomodo auferatur* §. 7.
      3. rejecta hic diſtinctio *juris quæſiti ex jure naturali aut civili* §. 8.
      4. contractus regum an leges ſint & quando § 9.
   3. *in ſucceſſores*, quo ſpectant
      1. quomodo ex regum contractibus *teneantur omnium bonorum hæredes* §. 10. 2. quomodo ex iisdem contractibus obligentur, *qui in regnum ſuccedunt* §. 11. & quatenus §. 12. 3. *beneficia regum, quæ revocabilia ſint, quæ non*, diſtinctione explicatur §. 13. 4. contractibus invaſorum imperii an teneantur, quorum erat imperium §. 14.



Digitized by Google

A

2. *Specialiter*, circa conventiones publicas (2,15.) quæ
1. *Fiunt* non niſi jure imperii majoris aut minoris: qua nota differunt non tantum à contractibus privatorum, ſed & à contractibus regum circa negotia privata 2,15,1.
2. Dividuntur (2,15,2.) in *Fœdera, ſponſiones, pactiones alias*, & quidem
1. *Fœdera*, quæ
1. *fiunt juſſu ſummæ poteſtatis*, & in quibus & ipſe populus iræ divinæ obſtringitur, ſi minus ſtetur dictis §. 3.
2. *dividuntur* 1. *male* à Menippo. § 4. 2. *melius* in ea fœdera,
1. *quæ idem ſtatuunt cum jure naturæ*, & unde id natum §. 5. (dantur Fœderum
2. *quæ juri naturæ aliquid adjiciunt*, ubi atten-
1. *Finis*. Fœdera tam æqualia quàm inæqualia fiunt aut *pacis*, aut *ſocietatis* alicujus cauſſa §. 6.
2. *diviſio*. Fœdera ſunt vel
1. *Æqualia*
1. *pacis*
2. *ſocietatis* pertinent
aut ad *commercia*
aut ad belli *communitates*
aut ad *res alias* §. 6.
2. *inæqualia*, quæ promittuntur
aut ex *parte digniori*
aut ex *parte minus digna*
*cum imperii imminutione*
*ſine imperii imminutione* §. 7.

B C

2. *Quæſtiones* ſequentes

1. *Fœdera cum his qui alieni ſunt à vera religione*

1. licita eſſe *jure naturæ* 2, 15, 8.

2. nec univerſaliter prohiberi *lege Hebræa* §. 9.

3. nec *Chriſtiana* §. 10.

4. *cautiones* circa talia fœdera §. 11.

2. Chriſtianos omnes obligari *ad fœdus ineundum adverſus hoſtes Chriſtianiſmi* §. 12.

3. *ſi plures fœderatorum bellum gerunt*, cui potius opem ferre oporteat, diſtinctionibus explicatur §. 13.

4. *an tacite renovatum cenſeatur fœdus* §. 14.

5. *an partis alterius perfidia alteram liberet* §. 15.

2. *Sponſiones* ſunt ubi *hi qui à ſumma poteſtate mandatum ejus rei non habent, aliquid promittunt, quod illam proprie tangit.* *Ubi notentur*

1. *in quid ſponſiones obligent* §. 3.

2. *in quid teneantur ſponſores*, ſi ſponſio improbetur, ubi de Caudina ſponſione §. 16.

3. *an ſponſio non improbata obliget ex notitia & ſilentio*, diſtinctionibus explicatur, ubi de ſponſione Luctatiana §. 17.

3. *pactiones alias* 2, 15, 2. 2, 11, 12. 3, 20, 21.

Tabu-

Digitized by Google

# Tabula XII.

## *De conventionum* INTERPRETATIONE.
## cujus mentio Tab. IX. lit. C.

Conventionis INTERPRETATIO deſumitur ex *verbis* & *conjecturis*, 2, 16, 1. Et quidem

I. *Verbis*. & ita

1. *verba* ſi aliæ conjecturæ abſint, *intelligenda ex proprietate populari* 2, 16, 2.

II. *Conjecturis*, aptatis verborum ſignificationi, & natis extra verborum ſignific.

1. *Aptatis verborum ſignificationi*. Ubi notentur
   1. Quod conjecturis ejusmodi opus, ubi *verba aut verborum complexio ſunt ambigua* §. 4.
   2. *Loci*, ex quibus voluntatis conjecturæ promuntur, præcipui ſunt
      1. ex *materia* §. 5.
      2. ex *effectu* §. 6.
      3. ex *conjunctis* aut *origine* aut loco §. 7. quo pertinet *conjectura ex ratione movente*. quæ quomodo & quando locum habeat §. 8.
   3. *Distinctio*
      1. *ſignificationum* in *laxas* & *ſtrictas* §. 9.
      2. *promiſſorum*, in *favorabilia*, *odioſa* & *media* §. 10.
      3. *Contractuum*, in *bonæ fidei*, & *ſtricti juris*, circa actus populorum aut regum rejicitur §. 11.

A B



Digitized by Google

B

4. Ex dictis diſtinctionibus ſignificationum & promiſſorum formantur *regulæ* circa interpretationes

1. In *non odioſis* ſumenda verba ſecundum totam proprietatem uſus popularis, &, ſi plures ſint, eam quæ latiſſima eſt: quale eſt, ut maſculinum ſumatur pro genere communi, & indefinita locutio pro univerſali §. 12.

2. in *favorabilibus*, ſi is, qui loquitur, jus intelligat, aut peritorum juris conſilio utatur, verba laxius ſumenda, ut etiam includant ſignificationem artis, aut quam lex dedit §. 12.

3. ad *ſignificationes plane improprias* non recurrendum, niſi alioqui abſurdum aliquid aut pacti inutilitas ſequeretur §. 12.

4. ex contrario *verba etiam ſtrictius, quàm fert proprietas, ſumenda erunt, ſi id neceſſarium erit, ad vitandam iniquitatem vel abſurditatem* §. 12.

5. *Quæſtiones*

1. An *ſociorum* nomine *futuri* veniant, & quatenus: ubi de fœdere Rom. cum Aſdrubale, & ſimilibus controverſiis §. 13.

2. Quomodo interpretandum, *ne alter populus alterius injuſſu bellum gerat* §. 14.

3. De illis verbis *liberam fore Carthaginem* §. 15.

4. Quæ pacta *perſonalia* habenda, quæ *realia*, diſtinctionibus explicatur §. 16.

5. *Fœdus cum rege initum* extendi ad regem regno pulſum §. 17.

6. Promiſſum ei, *qui primus hoc fecerit*, ſi plures ſimul fecerint, cui debeatur §. 19.



Digitized by Google

A

2. *Natis extra verborum ſignificationem* , & promiſſione tantum nitentibus. Et talis *conjectura* ſe ultro offerens

1. aut *extendit*, & quando id fiat §. 20. Ubi & de mandato per aliud implendo §. 21.

2. aut *reſtringit* : idque

vel ex *defectu originario voluntatis*, qui colligitur

1. ex *abſurdo* §. 22.

2. ex *ceſſatione rationis unica* §. 23.

3. ex *materia defectu* §. 24. Obſervatio circa has conjecturas §. 25.

vel *ex caſus emergentis repugnantia cum voluntate*: (qui ſumitur

1. ex *illicito* §. 26.

2. ex *onere nimium gravi*, habita ratione actus §. 27.

3. ex *ſignis aliis*, ut ubi partes ſcripti inter ſe committuntur §. 28. & quæ tunc regulæ obſervandæ §. 29. Nota : *Scripturam* in dubio ad contractus validitatem non requiri §. 30.

Adduntur quæſtiones duæ: 1. *Regum contractus*, *interpretationem ex jure Romano non ſumere*. 2. *verba conditionem acceptantis an offerentis magis ſpectanda*, per diſtinctionem explicatur §. 32.



Digitized by Google

# Tabula XIII.

***De damno per injuriam dato* 2.17. ſeu de eo quod *nobis debetur ex maleficio*. Cujus mentio**

**Tab. IX. *lit. B.***

In capite XVII. *de damno* per *injuriam dato & obligatione, quæ inde oritur*, obſerventur

1. *quid ſit maleficium.* Maleficium hic appellatur culpa omnis, ſive in faciendo, ſive in non faciendo, pugnans cum eo, quod aut homines communiter, aut pro ratione certæ qualitatis facere debent. Ex tali culpa obligatio naturaliter oritur, ſi damnum datum eſt, *nempe ut id reſarciatur* 2,17,1.
2. Quid ſit *damnum*. Damnum à demendo dictum, cum quis minus habet ſuo, ſive illud *ſuum* ipſi competat ex *mera natura*, ſive accedente *facto humano*, puta dominio, ſive ex *lege* §. 2.
3. accurate eſſe diſtinguendam *aptitudinem* à *jure ſtricte dicto*, ubi occurrunt, §. 3.
4. quod *minus* quis *habere*, ac proinde damnum feciſſe intelligatur
   1. *in re* §. 4.
   2. *in fructibus* §. 4.
      - ſive *percepti ſint*
      - ſive *non* §. 4.
   3. *in lucro ceſſante* quomodo §. 5.
5. *obligatio.* De qua v. A.

A

A

5. *Obligatio.* Ubi notentur

1. *quis teneatur*

1. non tantum qui *per ſe immediate* damnum dedit §. 6.

2. ſed & *alii*

1. *facientes*

1. *primario* §. 6. Qui

1. *jubet*

2. *conſenſum requiſitum adhibet*

3. *adjuvat*

4. *receptum præſtat*

5. aut *qui aliquo modo in ipſo crimine participat.*

2. *ſecundario*, qui

1. conſilium dat

2. laudat

3. aſſentitur §. 7.

2. *non facientes*

1. *primario*, qui cum ex jure proprie dicto debeat *vetare* præcepto, aut *opem ferre* ei cui fit injuria, id non facit §. 8.

2. *ſecundario*, qui aut *non diſſuadet*, cum debeat, aut *factum reticet*, quod notum facere debebat §. 9.

2. *quomodo teneatur*, & qualis efficacia circa actum ad hoc requiratur §. 10.

3. *quo ordine teneatur* §. 11.

4. *quod obligatio extendatur* v. B.

B

B

4. Quod *obligatio extendatur*

1. *ad damnum conſequens* §. 12. exempla

   1. *in homicida* §. 13.
   2. *in eo qui aliter vim intulit* §. 14.
   3. *in adultero & ſtupratore* §. 15.
   4. *in fure, raptore, & aliis* §. 16.

2. ad eundem, *qui cauſam promiſſioni dedit per dolum* aut *metum* injuſtum §. 17.

   1. quid ſi metu juſto Naturaliter? §. 18.
   2. quid de metu, quem Jus Gentium pro juſto habet §. 19.

3. ad *poteſtates civiles*, & quatenus teneatur ex damno per ſubditos dato. Ubi quæſtio *de prædis in mari actis* in ſocios contra imperium publicum §. 20.

4. non vero ob *damna ab animante & ſervis data* aliquem teneri §. 21.

5. ad eos, qui *damnum dant adverſus famam & honorem*, & quomodo reparetur §. 22.



Digitized by Google

# Tabula XIV.

## *De eo quod nobis debetur ex jure gentium voluntario.*

Cujus mentio in TABULA IX. fin.

Reſtat, *Quod nobis debetur ex jure gentium voluntario*, circa *legationes* & *ſepulturam corporum* 2, 18. & 19. Et quidem

I. *Legationes.* Ubi notentur

1. Quod *jus legationum ſit inter gentes ſanctum*, & legati ejus vigore inviolabiles 2, 18, 1.
2. quod hoc jus ad eos *legatos* pertineat, *quos inter ſe mittant, qui ſummi imperii ſunt compotes* §. 2.
3. Quod *duo* in materia de legatis ad Jus Gentium referri poſſe paſſim videamus
   1. *ut legati admittantur* §. 3. Nota: jus gentium non præcipit omnes legatos promiſcue admitti, ſed vetat ſine cauſſa rejici. *Cauſſa* autem eſſe poteſt
      1. *ex eo qui mittit*
      2. *ex eo qui mittitur*
      3. *ex eo ob quod mittitur* §. 3.
   2. *ne legati violentur*, quoad
      1. *perſonas.* Ubi notentur
         1. adverſus legatos periculoſa molientes *defenſionem* licitam, non pœnâ §. 4. 2. legationis jure non teneri eum, ad quem *legatus miſſus non eſt* §. 5. 3. *hoſtem*, ad quem miſſus eſt legatus, teneri §. 6. nec opponi poſſe *jus talionis* §. 7.
      2. *comites* §. 8.
      3. *bona mobilia* §. 9.
4. exempla *obligationis ſine cogendi jure* §. 10.
5. *quanti ſit hoc jus legationis* §. 11.



Digitized by Google

A

II. *Corporum mortuorum ſepulturam* 2, 19. Ubi notentur

1. *Ex eodem Jure Gentium naſci jus humandi mortuos* 2, 19, 1.

2. *unde ortum* §. 2.

3. *deberi & hoſtibus* §. 3.

4. An *etiam inſigniter facinoroſis* §. 4.

5. An *& his, qui ſe interfecerunt* §. 5.

6. *Quæ alia ex jure gentium debeantur* §. 6.

Tabu-

Digitized by Google

# Tabula XV.

## *De* Injuria Punienda 2, 20. & 21.
cujus mentio Tab. *VI. lit.* C.

Poſtquam *injuria* facta, *quæ debet reparari*, hactenus conſiderata eſt, reſtat *altera*, *ob quam quis debet puniri.*

*Pœna* eſt duplex. *Primitiva* & *Derivativa*. Et quidem
I. *Primitiva* 2, 20. de qua agitur
| 1. *in genere*, quoad pœnæ
| | 1. *definitionem.* Pœna in generali ſignificatu eſt malum paſſionis, quod infligitur ob malum actionis 2, 20, 1. Nota: *pœna ſpectat ad juſtitiam expletricem*, & quomodo §. 2.
| | 2. *cauſas.* Ubi occurrunt *Efficiens*, *finis*, *materia*, *forma*. Et quidem
| | 1. *Efficiens*, ſeu quis punire debeat. Nota: pœnam certæ perſonæ naturaliter non deberi, ſed exigi pœnam licite, quoad jus naturale ab eo, qui paria non deliquerit §. 3.
| | 2. *Finis* ſeu utilitas pœnæ. Ubi monſtratur
| | | 1. pœnam *utilitatis cauſſa* exigendam inter homines, aliter quàm apud Deum, & quare §. 4.
| | | 2. quo ſenſu *ultio* naturaliter illicita ſit §. 5.
| | | 3. Quod utilitas pœnæ, v. D.

A B C D



Digitized by Google

D

3. *Quod utilitas pœna*

1. ex *lege naturæ* ſit *triplex*

1. *utilitas ejus, qui deliquit*, & hic oſtenditur, pœnam à quolibet naturaliter exigi, cum diſtinctione tamen 2, 20, 6. & 7.

2. *utilitas ejus, in quem deliquit*, ubi de ultione licita Jure Gentium §.8.

3. *utilitas quorumlibet* §. 9.

2. ex *lege Evangelica*. quid ipſa lex Evangelica circa hanc materiam ſtatuerit §. 10. Ubi

1. ſolvitur argumentum ſumtum à *Dei miſericordia* in Evangelio patefacta §. 11.

2. Et à *præciſione pœnitentiæ* §. 12.

3. rejiciuntur *imperfecta diviſiones* pœnarum §. 13.

4. *Chriſtianis privatis non eſſe tutum pœnam exigere*, etiam ubi Jure Gentium id licet §. 14.

5. aut ſponte ad *accuſationem proſilire* §. 15.

6. aut *judicia capitalia affectare* §. 16.



Digitized by Google

3. *Materia* punienda. Ubi notanda

1. Leges humanas, quæ interfectionem ad pœnam permittunt, *an jus dent, an impunitatem ſolam?* reſp. cum diſtinctione §. 17.

2. non *eſſe puniendos*

   1. *actus internos* inter homines §. 18.

   2. *actus externos, quos fragilitas humana nequit vitare* §. 19.

   3. *actus, quibus ſocietas humana nec directe nec indirecte læditur* §. 20.

3. quod ſententia ſtatuens, *nunquam licere ignoſcere*, ſit rejicienda §. 21. oſtenditurque

   1. *id licere*

      1. ante *legem pœnalem* §. 22.

      2. *non tamen ſemper* §. 23.

      3. *etiam poſt legem pœnalem* §. 24.

   2. *quæ cauſſæ* ad id faciendum ſint probabiles

      1. *intrinſecæ* §. 25.

      2. *extrinſecæ* §. 26.

4. refelli ſententiam ſtatuentem, nullam eſſe juſtam *cauſſam diſpenſandi*, niſi quæ per modum exceptionis tacitæ inſit legi §. 27.



Digitized by Google

C

4. *Forma* ſeu modus & pœnæ taxatio. Ubi ſpectari debent duo:

- 1. *ob quod*, ſeu *meritum pœnæ.* Ubi conſideratur taxatio §. 28.
  - 1. *intrinſeca*, & quidem
    - 1. *cauſſa impellens* §. 29.
    - 2. *cauſſa, quæ retrahere debuit*, ubi de gradibus præceptorum Decalogi agitur §. 30.
    - 3. *aptitudo & idoneitas peccantis ad utrumque* §. 31. ubi addantur
      - 1. meritum pœnæ extendi poſſe *ad majus nocumentum, quàm quod peccans intulit* §. 32.
      - 2. rejicitur ſententia *de proportione harmonica in pœnis* §. 33.
  - 2. *extrinſeca.* Ubi notentur
    - 1. *minui pœnam ex caritate*, niſi major caritas obſtet §. 34.
    - 2. quod invitamenta autem præcipua ſint
      - 1. *facilitas peccandi* §. 35.
      - 2. *conſuetudo peccandi* §. 36.
- 2. *cujus ergo*, ſeu utilitas, de qua ſupra.



Digitized by Google

B

2. *In ſpecie, de pœna ad bellum.* An bella ſint ſuſcipienda

1. *ob delicta minora & vulgaria?* 2, 20, 38.
2. *ob delicta inchoata?* §. 39.
3. ob ea delicta, quæ contra jus naturæ fiunt? §. 40. ubi cautiones adhibendæ
   1. diſcernendum jus naturæ *à moribus civilibus late receptis* §. 41.
   2. & *à jure divino voluntario*, non omnibus cognito §. 42.
   3. in jure naturæ diſcernenda *manifeſta* à *non manifeſtis* §. 43.
4. ob delicta in Deum? §. 44.
   1. *Notitia de Deo maxime communes*, quæ & quomodo primis decalogi præceptis indicentur §. 45.
   2. *qui has primi violant*, puniri poſſe §. 46.
   3. non item alios §. 47.
5. contra eos, *qui Chriſtianam religionem amplecti nolunt?* Neg. §. 48.
6. contra eos, *qui Chriſtianos ob ſolam religionem crudeliter tractant?* Aff. §. 49.
7. contra eos, *qui circa legis divinæ ſeu S. Scripturæ interpretationem hallucinantur?* Neg. §. 50.
8. contra eos, *qui in Deos*, quos putant, impii ſunt? Aff. §. 51.



Digitized by Google

A

II. *Derivativa*, 2, 22. In pœna derivativa notentur

1. quomodo pœna tranſeat ad eos, *qui delicti ſunt participes* 2, 21, 1.

2. quod ex *delicto*

1. *Subditorum* teneantur Rectores & communitas, ſi probetur (*bibendi* §. 2.

1. *patientia*, quæ conſtat 1. *ſcientia*. 2. *facultate pro-*

2. *receptus*, §. 3. ubi notentur tria, 1. *niſi* aut *puniant aut dedant* (§. 4.) 2. *jura ſupplicũ* ad *infortunatos*, non ad nocentes pertinere (§. 5.) 5. *defendi* tamen *ſupplices, dum de cauſa cognoſcitur* §. 6.

2. rectorum tenentur *ſubditi* aut *communitates*, & hi, qui *membra* ſunt §. 7. *Pœna jus in univerſitatem, quamdiu duret* §. 8.

3. an *ſine delicti communicatione pœna tranſeat?* §. 9. Ubi attendi debent

1. *Diſtinctiones: prima* ejus, quod *directe* infertur, & quod *in conſequentiam venit* §. 10. *Secunda* ejus, quod fit *occaſione peccati*, & quod *ex cauſſa peccati*

2. *reſponſio* ipſa, in ſequentibus conſiſtens (§. 11.

1. proprie loquendo *neminem juſte puniri ob delictum alienum*, & cur? §. 12. & 13.

2. reſpondetur ad *Dei* facta *circa filios nocentum* §. 14. multo minus *cognatos alios* puniri poſſe §. 15. poſſe tamen liberis & cognatis nocentum aliquid negari, quod alioqui habere poterant §. 15. & 16.

3. nec *ſubditos* proprie puniri poſſe *ob Regis delicta* §. 17. (*univerſitatis* §. 18.

4. nec *ſingulos, qui non conſenſerunt, ob delictum*

5. *Heredẽ ad pœnã*, quæ pœna eſt, *non teneri* §. 19.

6. *teneri* tamen, ſi pœna in aliud delicti genus tranſierit §. 20.



Digitized by Google

Libri *ſecundi* Capitum XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. materiam & οἰκονομίαν exhibuit ſupra Tabula Quinta.

*Sequuntur TABULÆ libri Tertii.*

Atque adeo

# Tabula XVI.

## *De Forma ſeu modo juris bellici.*

Cujus mentio *in fine* Tab. IV.

*Forma ſeu modus juris bellici* ſpectatur *nude*, & ex *antecedente promiſſo*, (Tab. XX.) Et quidem

1. *Nude*, quid in bello liceat ex jure *naturæ* & *gentium*, & quidem jure
   1. *Naturæ*, 3, 1. Ubi obſervari debet agendi
      1. *Jus*
         1. *contra hoſtem*, quod patet ex tribus regulis
            1. *licere* in bello, *quæ ad finē ſunt neceſſaria* 3, 1, 2.
            2. *Jus* non tantum *ex principio*, ſed & *cauſis in bello ſubnaſcentibus* ſpectari §. 3.
            3. quædam *conſequi ſine injuria*, *quæ ex propoſito non licerent*, cui *cautio additur* §. 4.
         2. in eos, *qui hoſtibus res ſubminiſtrant*, per diſtinctiones explicatur §. 5.
      2. *modus*
         1. *apertus* & bello proprius conſiſtit in *vi* & *terrore* §. 6.
         2. *latens per dolos*, v. C.

AB

C

2. *latens*, *per dolos*, ubi quæritur *an dolo uti liceat?* ubi occurrunt

1. *rationes*
   | 1. *pro dolo*
   | 2. *contra dolum* 3, 1, 6.
2. *doli diſtinctio.* Dolus conſiſtit in *actu*
   1. *negativo*, qui per ſe non eſt illicitus §. 7.
   2. *poſitivo*, qui diſtinguitur in dolum qui fit
      1. per *actus libere ſignificantes in rebus*, qui *licitus* eſt §. 8. & dicitur *ſimulatio*.
      2. per *actus ſignificantes velut ex conventione in verbis* §. 8. in hoc genere proprie eſt *mendacium*, ubi afferuntur
         1. *rationes*,
            | 1. *contra mendacium* §. 9.
            | 2. *pro mendacio* §. 9.
         2. *conciliatio*, ex *acceptione vocis*, *largiore* & *ſtrictiore*, & quidem
            1. *largiore*, non omnem uſurpationem locutionis, quæ ſciatur in alium ſenſum accipienda, eſſe illicitam §. 10.
            2. *ſtrictiore*. v. D.

Digitized by Google

BD

2. *ſtrictiore*, qua mendacii, qua illicitum eſt, *formam* conſiſtere *in falſæ ſignificationis intentione*, atque adeo *repugnantia cum jure alterius*, i. e. judicandi libertate §. 11. quod explicatur 5. obſervationibus.

1. & oſtenditur, licitum eſſe, *falſum loqui apud infantes & amentes* §. 12.
2. & cum is *decipitur, ad quem ſermo non eſt, & quem extra ſermonem decipere liceret* §. 13.
3. & cum qui loquitur, *utitur jure ſupereminente in ſibi ſubditum* §. 15.
4. & cum ſermo eſt ad eum, *qui velit ita decipi* §. 14.
5. forte &, cum *vitam tueri* aut *noſtrum conſequi* aliter non poſſumus §. 16.

3. qui auctores ſenſerint *falſiloquium eſſe licitum adverſus hoſtes* §. 17. ubi attendenda

1. non extendendum hoc ad *verba promittentia conventionum* §. 18.
2. nec ad *juramenta* §. 19.
3. generoſius tamen eſſe *falſiloquio in hoſtem quoque abſtinere*, quod per ſimilia illuſtratur §. 20.
4. non licet nobis quenquam *impellere ad id, quod nobis licet, ipſi non licet* §. 21.
5. licere tamen uti *opera illicita ultro oblata* §. 22.

2. *Gentium*, in bello (3, 2, 1.) *minus perfecto* & *perfectiori*, & quidem

1. *minus perfecto.* v. E.



Digitized by Google

AE

1. *Minus perfecto*, ut *repreſſaliis*, quomodo ſc. bona ſubditorum pro delicto imperantium obligentur, ubi notentur 3, 2, 1.
   1. quod *ex facto alieno* teneantur
      1. *jure naturæ mero* nemo niſi hæres & bonorum ſucceſſor §. 1.
      2. *jure gentium voluntario* ſubditorum res & actus pro debito imperantium §. 2.
   2. quod hujus *belli imperfecti executio* conſideretur quoad
      1. *cauſam* §. 2. 4.
      2. *ſpecies*, quarum
         1. prior dicitur *prehenſio hominum* §. 3.
         2. poſterior *pignoratio rerum* §. 4.
      3. *tempus*, ſi quod locum habeat, poſtquam jus eſt denegatum; ubi oſtenditur, rem judicatam proprie jus non dare aut adimere in extraneos §. 5.
      4. *vitam ſubditorum*, quod illa non obligetur §. 6.
   3. *diſtingui* in hac materia debere id, quod eſt *juris civilis* & *gentium* §. 7.
2. *perfectiore* ſeu indicto, 3. 3. v. Tab. XVII.

2. ex *antecedente promiſſo*, ſeu ex fide hoſtium inter ſe 3, 19, 1.

3. *Dehortatio à bello*, cum *monitis* ad *fidem* & *pacem* 3, 25.

Tabu-

# Tabula XVII:

## *De modo belli gerendi explicato nude ex jure gentium in bello perfectiori.*

Cujus mentio *Tab. præced.*

Quoad *formam* ſeu *modum* belli gerendi explicatum *nude* ex *jure gentium* in bello perfectiori ſeu indicto, ſpectari debent *belli ſolennis & juſti Natura* & *Effectus*, & quidem

1. *Natura*, quod nempe *juſtum & ſolenne bellum ex jure gentium*
   1. *dicatur* 1. non ex *materia* & cauſa unde oritur 3, 3, 1. neque 2. ex *rerum geſtarum magnitudine*. Sed 3. ob *peculiares quosdam juris effectus* §. 1.
   2. *requirat* ad ſui naturam, ut
      1. *geratur inter diverſos populos*, jure ſummi imperii diſtinctos, quosvis §. 1. ubi notentur
         1. diſtinctio *populi* quamvis *injuſte agentis*, à *piratis* & *latronibus* §. 2.
         2. *mutationem interdum incidere* §. 3.
      2. habeat *auctorem eum, qui ſummam poteſtatem habet* §. 4.
      3. *publice decretum ſit*, & quidem ut ejus rei *ſignificatio* ab altera partium alteri facta ſit §. 5. circa doctrinam de belli denuntiatione obſervanda ſunt, nempe B.

A



Digitized by Google

AB

1. quid in denuntiatione ſit *juris nat.* quid *juris gentium proprium* §.6, Quod (2) *denuntiatio* ſit alia *conditionata*, alia *pura* §.7. quid (3) in denuntiationibus ſit *juris civilis, non gentium* §.8. Bellum (4) alicui indictum, ſimul *indictum eſſe* ejus *ſubdit.* & *ſoc.* qua ipſum ſequuntur §.9. *non qua per ſe* (5) conſideratur. *Cauſſa* (6) *cur denuntiatio ad effectus quosdam requiritur* §.11. *hos effectus* (7) *non reperiri in aliis bellis* §.12. Bellum (8) an *ſimulac indictum eſt*, geri poſſit? §.13. an (9) indicendum ei, *qui jus legationis violavit*? aff. §.14.

2. *Effectus proprii* 3, 4, 1. quoad jus *externum*, & quoad *juſtitiam aliasque virtutes* in bello, & quidem

1. *jus externum*, ſeu id quod in bello ſolenni impune facere licet, ubi examinari debent (3,4,2. 3,4,5. 3,10,1.)

   1. vocis *Licere* ſignificatio

      1. *propria*, quando licere dicitur id, *quod rectum ex omni parte piumque eſt*, etiamſi forte aliud quid fieri poſſit laudabilius 3,4,2.

      2. *minus propria*, quando licere dicitur, non quod ſalva pietate & officiorum regulis fieri poteſt, ſed *quod apud homines pœnæ non ſubjacet* §.2. & dicitur *licere impunitatis* §.4.

   2. *Ipſi effectus bello ſolenni proprii*, v. D.

CD



Digitized by Google

D

2. *Ipſi effectus bello ſolenni ex jure gentium proprii*, utpote qui

1. *ſunt introducti* ob *duas* præcipue *cauſas*

   1. quod *inter duos populos de jure belli pronuntiare velle*, periculoſum fuerat aliis populis, qui ea ratione bello alieno implicarentur 3, 4, 4.

   2. quod etiam in bello juſto vix ſatis cognoſci poteſt ex indiciis externis, *quis juſtus ſit ſe tuendi modus*, ita ut omnino præſtiterit, hæc religioni bellantium exigenda relinquere, quàm ad aliena arbitria vocare §. 4. ubi notentur *Auctorum teſtimonia* de his effectibus §. 5.

2. *conſiſtunt in duobus*, videlicet

   1. in *nocumento & læſione*, ita ut hoſtem hoſti lædere liceat §. 3. *quoad*

      1. *homines* §. 3. ubi notentur

         1. *quam late pateat licentia* hæc & rigor

            1. ex hoc jure interfici & offendi omnes, *qui intra fines hoſtium ſunt* §. 6. quid ſi eo ante bellum venerint? §. 7.

            2. *ſubditos hoſtium* ubique offendi, niſi lex alieni territorii obſtet §. 8.

            3. jus hoc offendendi etiam ad *infantes & fœminas* porrigi §. 9.

            4. etiam ad *captos*, quovis tempore §. 10.

            5. etiam ad eos, *qui ſe dedere volunt, nec recipiuntur* §. 11.

            6. etiam ad *deditos ſine conditione* §. 12.

            7. porrigi & ad *obſides* §. 14.

         2. *quid vetitum ſit*, v. G.

E F



Digitized by Google

CEFG

2. *quid vetitum ſit*

1. jure gentium vetitum *veneno quenquam interimere* §. 15.

2. aut *tela aut aquas aliquas veneno inficere* §. 16.

3. non & *aquas aliter corrumpere* §. 17.

4. *percuſſoribus uti* an contra jus gentium ſit, diſtinguitur §. 18.

5. *ſtupra* an ſint contra jus gentium §. 19.

2. *Res*, 3, 5. ubi notentur

1. res hominum *corrumpi* & *rapi* poſſe 3, 5, 1.

2. etiam *ſacras*, quod quomodo intelligendum §. 2.

3. & *religioſas*, addita iterum cautione §. 3.

4. *doli* quatenus hic permiſſi §. 4.

2. In *acquiſitione dominii & imperii* 3, 6. Tab. XVIII.

2. *Juſtitiam*, & *alias virtutes* in bello 3, 10. v. Tab. XIX.

Tabu-

Digitized by Google

# Tabula XVIII.

## *De Acquiſitione Dominii.*

cujus mentio *Tab. præced.*

*Acquiſitio Dominii* vel *ſtabilis*, vel *inſtabilis*; Et quidem

1. *Stabilis*, eaque
   1. *particularis*
      1. *rerum bello captarum*, ubi notandum
         1. quale ſit *jus naturæ circa acquiſitionem rerum bello captarum*, videlic. ut bello juſto ea nobis acquirantur, quæ
            1. aut *paria ſunt ei, quod, cum nobis ſit debitum, aliter conſequi non poſſumus* 3, 6, 1.
            2. aut etiam *quæ nocenti damnum inferunt, intra æquum pœnæ modum* §. 1.
         2. *quale ſit jus gentium* circa acquiſitionem rerum bello ſolenni captarum
            1. ut non tantum *is*, *qui ex juſta cauſa bellum gerit*, ſed & *quivis* in bello ſolenni, & *ſine fine modoque dominus ſit eorum*, quæ hoſti eripit, eo ſenſu nimirum, ut à gentibus omnibus & ipſe, & qui ab eo titulum habent, in poſſeſſione rerum talium tuendi ſint, §. 2. (3, 10, 6.)
            2. *quando* ex jure gentium *capi* cenſeantur
               1. *res mobiles* §. 3.
               2. *agri* §. 4.

A B C D



Digitized by Google

D

3. *Res*, quæ

| 1. *non ſunt hoſtium*, non acquiri bello §. 6, 5. & 26.
| 2. *reperta in navibus hoſtium*, quomodo §. 6.
| 3. *quas hoſtes noſtri alius eripuerunt*, noſtri juris fieri §. 7.

4. *cui res captæ acquirantur*

1. refellitur ſententia ſtatuens, *res captas ab hoſtibus omnino ſingulorum capientium fieri* §. 8.
2. naturaliter & *poſſeſſionem* & *dominium per alium acquiri* §. 9.
3. *diſtinguendum* hic eſſe inter

1. *actus belli*

| 1. *vere publicos* §. 10.
| 2. *privatos*, qui fiunt occaſione belli publici §. 10. per hos actus privatos res acquiritur primo & directe

2. *res*

1. *ſoli*, quæ non niſi publico actu h. e. inducto exercitu & impoſitis præſidiis capi ſolent, §. 11.
2. *mobiles* v. E.



Digitized by Google

E

2. *Mobiles*, & *ſe moventes*, quæ capiuntur

1. aut *extra miniſterium publicum* actu belli privato, & fiunt ſingulorum capientium 3,6,12. niſi *lex civilis* interpoſita auferat hoc jus §. 13.

2. aut *in miniſterio & actu bellico publico*, ubi ſinguli reipublicæ perſonam ſuſtinent, ejusque vice funguntur §. 14. In hoc actu notandum

1. *quod res capta*

1. *fiant populi* aut ejus, cujus eſt bellum §. 14.

2. ſint tamen *ſub aliquo imperatorum arbitrio* §. 15. utpote qui

1. aut ea *referunt ad ærarium* §. 16.

2. aut *dividunt militi* & *quomodo* §. 17.

3. aut *direptionem permittunt* §. 18.

4. aut *aliis concedunt* §. 19.

5. aut *factis partibus aliud atq; aliud ſtatuunt* §. 20.

2. quod *peculatus circa prædam committi poſſit* §. 21.

3. quod *lege* aut *alio voluntatis actu* de jure hoc communi aliquid *immutari poſſit*? §. 22. & ſic

1. *ſociis quædam concedi* §. 23.

2. *ſæpe & ſubditis* §. 24.

F



Digitized by Google

CF

4. dictorum *declaratio* & *vis*, ubi monſtratur
1. *judicium populi pacati* in addicenda re bello capta §. 25.
2. *res quæ hoſtium non ſunt* capientium non fieri, *jura tamen hoſtium in iis* acquiri §. 20. 3, 8, 4.
3. *hoſtium res etiam extra bellantium territoria jure gentium* capientium fieri, *lege* tamen *populi* id prohiberi poſſe 3, 6, 26.
4. jus hoc capta acquirendi *in bello non-ſolenni non obtinere* §. 27.

2. *Hominum*, ubi notanda ſequentia
1. omnes *captos* bello ſolenni jure gentium *ſervos fieri* 3, 7, 1.
2. & *eorum poſteros* §. 2.
3. *in eos quidvis impune fieri* §. 3.
4. *res captorum*, etiam *incorporales*, *dominum ſequi* §. 4.
5. *cauſa*, cur id conſtitutum §. 5.
6. an ita captis licitum *fugere* §. 6.
7. an & *domino reſiſtere* §. 7.
8. jus hoc *non apud omnes gentes* ſemper obtinuiſſe §. 8.
9. *nec* minus *obtinere inter Chriſtianos*, & quid ei ſit ſurrogatum §. 9.



Digitized by Google

AB

2. *Univerſalis*, h. e. *imperii* (3, 8.) hoc modo acquiruntur
1. *imperium*
1. *civile*, tum ut eſt in rege, tum ut eſt in populo, & ejus acquiſitionis effecta 3, 8, 1.
2. *herile* in populum, qui tum civitas eſſe deſinit §. 2. Nota: interdum tamen *hæc imperia miſceri* §. 3.
2. *res populi*, etiam incorporales, ſc. *jura*, *obligationes*, *actiones*, ubi tractatur de chirographo Theſſalorum §. 4. 3, 6, 26.

2. *Inſtabilis ob jus poſtliminii* (3. 9.) quod eſt *antiquum* & *hodiernum*, & quidem
1. *Antiquum*, cujus obſerventur
1. *derivatio & vocis origo* 3, 9, 1.
2. *Definitio*. Poſtliminium eſt jus, quod naſcitur ex reditu in limen, h. e. in fines publicos, & quomodo §. 2.
3. *Species*, poſtliminium eſt, quando
1. aut *nos revertimur*
2. aut *aliquid recipimus* §. 3.
4. *quæſtiones & obſervationes*. v. H.

G



Digitized by Google

GH

4. *Quaeſtiones & obſervationes*

1. *jus poſtliminii* eſſe & *in pace* & *in bello* 3,9,4. & quid ſi nihil in pace dictum ſit? §. 4.

2. *liber homo bello manente* quando poſtliminio redeat? §. 5.

3. *quae jura recipiat*, *quae non recipiat*? §. 6.

4. *jura & in ipſum reſtitui.* §. 7.

5. cur qui ſe dedunt, jus poſtliminii non habeant? §. 8.

6. *populus* quando jus poſtliminii habeat? §. 9.

7. *qua* in his, qui poſtliminio redeunt, ſint *juris civilis.* §. 10.

8. *ſervi* poſtliminio quomodo recipiantur. §. 11. etiam *transfugae.* Quomodo, qui *redemti* ſunt §. 11.

9. an ſubditi poſtliminio recipiantur §. 12.

10. *agros* poſtliminio recipi §. 13.

11. circa *res mobiles* quod diſcrimen olim obſervatum §. 14.

12. quid circa res mobiles *hodie juris* §. 15.

13. quae res *recipiantur* ita, *ut poſtliminii non egeant* §. 16.

14. *mutationes ex lege civili*, quoad *ſubditos* ſuos §. 17.

15. poſtliminium quomodo obſervatum inter eos, *qui hoſtes non erant* §. 18.

2. *Hodiernum* §. 19.

Tabu-

Digitized by Google

# Tabula XIX.

## *De effectibus belli ſolennis, quoad juſtitiam*, 3, 10. *&c.*

cujus mentio Tab. XVII.

### *Belli ſolennis effecta quoad juſtitiam & alias virtutes in bello*, (3, 10, 1 *&* 2.)

1. *Injuſto*. Ubi notentur
   1. quod *interna injuſtitia injuſtum* ſit, *quod ex bello injuſto fit*, 3, 10. 3.
   2. *qui hinc & quatenus ad reſtitutionem obligentur* §. 4.
   3. an *res captæ bello injuſto* reddendæ ſint ab eo, *qui cepit*. §. 5.
   4. an & ab eo, *qui detinet* §. 6.
2. *Juſto* (3, 11.) circa *actiones publicas* & *privatas*, & quidem
   1. *Publicas*, quæ fiunt circa *hoſtes* & medios, & quidem
      1. *hoſtes*, ubi ſpectatur *nocumentum* temperandum, & *acquiſitio*, & quidem
         1. *nocumentum* temperandum circa jus *interficiendi homines*, & *vaſtandi res*,

A B C D 1. *interficiendi homines*, ubi notentur, v. E.

E

1. *interficiendi homines*, ubi notentur

1. in *bello juſto* actus quoſdã *interna juſtitia carere*, 11, 1.
2. *quinam interfici poſſint* ſecundũ juſtitiam internã §. 2.
3. quod ob *infortunium* nemo recte poſſit interfici, ut qui coacti partes ſequantur §. 3.
4. nec *ob culpam mediam* inter infortunium & dolum §. 4.
5. quod diſtinguendi *auctores belli* ab his, *qui ſequuntur* §. 5.
6. in ipſis auctoribus diſting. *cauſſas probabiles* ab *improbabilibus* §. 6.
7. *parcendum*
    1. *mortem etiam meritis hoſtibus* §. 7, 17.
    2. *innocentibus* §. 8.
    3. *pueris* ſemper & *fœminis*, niſi quid gravius admiſerint, §. 9.
    4. *perſonis eccleſiaſticis & literatis* §. 10.
    5. *agricolis* §. 11.
    6. *mercatoribus* §. 12.
    7. *captis* §. 13.
    8. iis, *qui ſe dedere volunt*
        1. *æquis conditionibus* §. 14.
        2. *ſine conditione* §. 15.
    9. *delinquentibus*, ob multitudinem §. 17.
    10. *obſidibus* §. 18.
    11. *ſanguinis effuſio non neceſſaria*, ſed ad oſtentationem virium proruens vitanda §. 19.

DE

2. *Vaſtandi res & perdendi* 3, 12. ubi notentur

1. quod vaſtatio ſit *juſta* & ſine injuria, ſi antecedat trium cauſarum una,

1. aut *neceſſitas* 3, 12, 1.
2. aut *debitum aliquod* præſtandum
3. aut *meritum puniendum* §. 1.

2. quod *à vaſtatione abſtinendum.*

1. *ſi res nobis fructuoſa* ſit, & extra hoſtis poteſtatem §. 2.
2. ſi *magna ſit ſpes celeris victoriæ* §. 3.
3. ſi *hoſtis habeat aliunde quo ſe ſuſtentet* §. 4.
4. ſi *res ipſa ad bellum faciendum ſit nullius uſus* §. 5.
5. *in illis quæ ſacra ſunt, aut ſacris accedunt* §. 6.
6. item *religioſis* §. 7.

3. *moderationis utilitas* triplex §. 8.

1. quod hoſti *deſperationem* eripit.
2. quod *fiduciam victoriæ* oſtentat.
3. quod *frangit & conciliat animos.*

2. ACQUISITIO & POSSESSIO *moderanda & reſtituenda.* D.

DF G

*Acquiſitio & Poſſeſſio*

1. *moderanda*

1. *particulariter* circa

1. *res captas*, quæ poſſunt retinari

1. *in modum debiti* 3, 13, 1.

1. *primarii* ſeu principalis.

2. *ſubnati* ſeu acceſſorii §. 3.

2. *non in pœnam alieni criminis* §. 2.

3. caritatis humanitatisque monitum §. 4.

2. *homines captos*, 3, 14. ubi notentur

1. *quousq; capere homines liceat juſtitia interna* 3, 14, 1.

2. quid *interna juſtitia dominio in ſervum liceat* §. 2.

3. *non licere occidere innocentem* §. 3.

4. *non punire inclementer* §. 4.

5. *non operas nimium graves imponere* §. 5.

6. *peculium quomodo domini, quomodo ſervi* §. 6.

7. *an ſervis fugere liceat* §. 7.

8. *an è ſervis nati* domino teneantur, quatenus §. 8.

9. quid faciendum, *ubi captorum ſervitus in uſu non eſt* §. 9.

2. *Univerſaliter circa imperium*, v. G.

2. *Reſtituenda* v. F.

F G



Digitized by Google

CFG

2. *Univerſaliter circa imperium* 3, 15. ubi notetur

1. quatenus juſtitia interna permittat *imperium acquiri* 3, 15, 1.

2. laudabile eſſe, *hoc jure in victos abſtinere* §. 2.

3. ſive *eos miſcendo victoribus* §. 3.

4. ſive *relinquendo imperium his qui habuerant* §. 4.

5. interdum *impoſitis præſidiis* §. 5.

6. aut *tributis* etiam, & *ſimilibus oneribus* §. 6.

7. *utilitas ab hac moderatione* indicatur §. 7.

8. *exempla.* & *de mutata reip. forma* apud victos §. 8.

9. *imperium* ſi aſſumendum ſit, recte *partem ejus victis relinqui* §. 9.

10. aut certe *libertatem aliquam* §. 10.

11. præcipue *in religione* §. 11.

12. ſaltem *victos clementer haberi* oportere, & cur §. 12.

2. *Reſtituenda*, utpote quæ jure gentium poſtliminio carent, ubi notentur

1. internam juſtitiam exigere, ut *reddantur*, quæ *hoſtis noſter alii injuſto bello eripuit* 3, 16, 1.

2. *exempla* §. 2.

3. an *quid deduci poſſit* §. 3.

4. etiam populos ſubditos aut ſubditorum partes reddendas his, quorum fuerant, *ſi ab hoſte injuſte occupati ſint* §. 4.

5. *quo tempore obligatio reddendi extinguatur* §. 5.

6. quid faciendum *in dubia cauſa* §. 6.

2. *Medios* v. C.



Digitized by Google

B C

2. *Medios* 3, 17. ubi notentur

1. *à pacatis nihil ſumendum*, niſi ex ſumma neceſſitate cum reſtitutione pretii 3, 17, 1.

2. *exempla abſtinentia & pracepta* §. 2.

3. *quid ſit officium pacatorum circa bellantes* §. 3.

2. *Privatas*, 3, 18. ubi notentur

1. *an privatim hoſti nocere liceat*, expoſitum cum diſtinctione juris civilis, gentium & naturalis 3, 18, 1.

2. his, *qui ſuo ſumtu militant, aut naves inſtruunt*, quid per internam juſtitiam liceat, *reſpectu hoſtiũ* §. 2.

3. quid *reſpectu ſua civitatis* §. 3.

4. quid *Chriſtiana dilectionis regula* ab ipſis exigat §. 4.

5. quando *bellum privatum cum publico* miſceatur §. 5.

6. *ad quid teneatur, qui ſine mandato hoſtibus nocuit*, cum diſtinctione explicatur §. 6.

Tabula

Digitized by Google

# Tabula XX.

*De eo, quod licet in bello ex antecedente promiſſo.* cujus ſupra mentio in Tab. XVI.

*Quantum in bello liceat ex antecedente promiſſo, & ex fide hoſtium inter ſe*

Conſideratur *generaliter* & *ſpecialiter*, & quidem

1. *Generaliter*, ubi agitur de fide ſervanda quibusvis
   1. *hoſtibus* 3, 19, 1.
   2. *etiam prædonibus & tyrannis* §. 2. ubi notetur
      1. licet tales pœnam potius mereantur, oſtenditur id hic non conſiderari, *ubi tanquam cum tali actum eſt* §. 3.
      2. nec obſtare quod promiſſio metu extorta ſit, *ſi ei, qui promiſit, metus non ſit illatus* §. 4.
      3. aut *ſi jusjurandum acceſſerit*, quamquam id adverſus prædonem impune, quod homines attinet, violatur §. 5.
   3. *ſubditis, deſertoribus & rebellibus*, & quomodo §. 6. ubi notetur
      1. ſpecialis difficultas *circa promiſſa ſubditis facta*, ob ſupereminens dominium §. 7.
      2. oſtenditur *talia promiſſa firmari civitatis jurejurando* §. 8.
      3. aut *ſi tertius ſe interponat, cui fiat promiſſio* §. 9.
      4. *mutatio ſtatus publici* quomodo fiat §. 10.
      5. *metus exceptionem* ad bellum ſolenne juris gentium non pertinere §. 11.
      6. quod intelligendum de metu tali, quem jus gentium agnoſcat, nec pro reprobato habeat §. 12.
   4. *perfidis alias* v. B.



Digitized by Google

A B

4. *Perfidis alias*

1. *quando* 3, 19, 13.

2. *quantum*, ſcilicet

1. ſi *conditio deficiat*, quod locum habet, ſi alter parti pactorum non ſtet §. 14.

2. ſi *juſta compenſatio opponatur* §. 15. quamvis

1. *ex alio contractu* §. 16.

2. *aut damno dato* §. 17.

3. *imo & ex pœna*. §. 18.

2. *Specialiter inter hoſtes*. 3, 20. Inter hoſtes, quæ conveniunt, conſtant *fide*

1. aut *expreſſa*, quæ eſt

1. aut *publica*, *poteſtatum*

1. *ſummarum*, quæ

1. *aut bello finem imponit* 3, 20, 1. v. Tab. XXI.

2. *aut eo manente vim habet in belli commerciis* 3, 21. v. Tab. XXII.

2. *inferiorum* 3, 22. v. Tab. XXIII.

2. aut *privata* in bello, 3, 23. v. Tab. XXIV.

2. aut *tacita* 3, 24. v. Tab. XXV.

Tabula

# Tabula XXI.

*De Fide expreſſa ſummarum poteſtatum, quæ bello finem imponit* 3, 20.

cujus mentio Tab. XX.

*Fides expreſſa ſummarum Poteſtatum, quæ bello finem imponit*, ſpectat vel *principalia*, vel Acceſſiones pactorum & quidem

1. *Principalia*, utpote quæ bellum finiunt, ſive *actu ſuo*, ſive *ex conſenſu relato ad caſum*,
   1. *actu ſuo*, ut *pactiones*, ubi conſiderentur
      1. *quorum ſit pactiones inire, quæ bellũ finiunt*, videlic.
         1. pacem facere *in regio ſtatu eſſe regis* 3, 20, 2. Quid ſi rex ſit *infans, furioſus, captivus, exul?* §. 3.
         2. in procerum aut populi ſtatu jus pacis faciendæ *eſſe penes plures* §. 4.
      2. *res pactioni ſubjecta*, ubi notentur
         1. quomodo *imperium, pars imperii, aut regni bona pacis* cauſa valide *alienentur* §. 5.
         2. quatenus *ex pace per regem facta populus aut ſucceſſores teneantur* §. 6.
         3. *res ſubditorum pace concedi poſſe ob utilitatem publicam*, ſed cũ onere damni reſarciendi §. 7.
         4. *quid de rebus jam bello amiſſis?* §. 8.
         5. non diſtingui hic inter *quæſita jure gentium & jure civili* §. 9.
         6. utilitatem publicam apud externos pro probata haberi §. 10.

A B C



Digitized by Google

C.

3. *Interpretationes conventionum, pactionũ* & *pacis*, videl.

1. *regula generalis* in pace interpretanda 3, 20, 8.
2. in dubio credi conventum, *ut res maneant quo ſunt loco* §. 11. quod *quomodo accipiendum* §. 12.
3. Quid ſi convenerit, ut *reſtituantur omnia in eum ſtatum, quo ante bellum fuerunt* §. 13.
4. Tunc, qui *ſui juris cum eſſent, ſponte ſe alteri ſubjecerunt, non reddi* §. 14.
5. *Damna bello data, remiſſa in dubio cenſeri* §. 15.
6. non etiam *quæ ante bellum privatis debebantur* §. 16.
7. *pœnas etiam ante bellum publice debitas* in dubio remiſſas cenſeri §. 17.
8. Quid de jure privatorum ad pœnas? §. 18.
9. jus *quod ante bellum publice obtendebatur, ſed controverſum erat*, facile cenſeri remiſſum. §. 19.
10. *capta poſt pacem*, reddenda §. 20.
11. *de pacto reddendarum rerum, quæ bello capta ſunt, regulæ quædam* §. 21.
12. *de fructibus* §. 22.
13. *de nominibus regionum* §. 23.
14. *de relatione ad pactum antecedens, & de eo, per quem ſtetit* §. 24.
15. *de mora* §. 25.
16. in dubio interpretationem faciendam *contra eum, qui leges dedit* §. 26.

4. *quando pax rupta cenſeatur.* v. C.



Digitized by Google

BC

4. *Quando pax rupta cenſeatur.* Pax rumpitur tribus modis (3, 20, 27.)

1. aut *faciendo contra id, quod omni paci ineſt* §. 28. Quo ſpectant

   1. *quid ſi ſocii vim intulerint?* §. 29.
   2. *quid ſi ſubditi?* & quomodo eorum factum cenſeri debeat §. 30.
   3. *quid ſi ſubditi aliis militent?* §. 31.
   4. *quid ſi ſubditis nocitum ſit?* ubi diſtinctio adhibetur §. 32.
   5. *quid ſi ſociis?* ubi item diſtinguitur §. 33.

2. *aut faciendo contra id, quod in pace dictum eſt aperte* §. 34. quo ſpectant

   1. an facienda *diſtinctio capitum pacis?* §. 35.
   2. quid *ſi pœna ſit adjecta?* §. 36.
   3. quid *ſi neceſſitas obſtiterit?* §. 37.
   4. pacem manere, *ſi id velit is, qui læſus eſt* §. 38.

3. aut *faciendo contra id, quod ex pacis cujusq; natura intelligi debet* §. 39. quo ſpectant

   1. *amicitiæ nomine* quid veniat §. 40.
   2. *ſubditos & exules recipere*, an contra amicitiam ſit? §. 41.

2. ſive *ex conſenſu relato ad caſum*

   1. *mere fortuitum*, quando res ſubjicitur ſortis aleæ §. 42.
   2. *temperatum*, v. D.



Digitized by Google

D

2. *temperatum*

1. aut *viribus animi & corporis* in certamine condicto, ubi quærendum

1. *quomodo bellum finiatur condicto certamine*, & *an id licitum?* 3, 20, 43.

2. *an pactum regum populos hic obliget?* §. 44.

3. *quis victor cenſendus?* §. 45.

2. aut *arbitrio*, ita ut vel

1. *alius aliquis, qui bello illi non eſt implicitus* controverſiam dirimat; quorum *genera duo*

1. aut *arbitrio boni viri*, ſeu *ut conciliator pacis & mediator tantum* §. 46.

2. aut *ut arbiter ſine provocatione*, utpote cujus dicto & pronunciato ſive æquo ſive iniquo ſit ſtandum. Et hoc arbitrium eſt ſine provocatione. Cum ergo ex compromiſſo ad talem arbitrum itur, utrinque, & circa compromittentes & circa arbitros, in quos compromiſſum eſt, notanda ſunt.

1. *Compromittentium obligatio*, ut ſcilicet ſtent & pareant pronunciato §. 46.

2. *arbitri officium*, ubi ſpectatur

1. *an electus ſit in vicem judicis, an cum laxiori quadam poteſtate*, quam arbitro quaſi propriam vult Seneca §. 47.

2. arbitros *in dubio intelligi adſtrictos juri* §. 47.

3. arbitros *de negotio principali non de poſſeſſione pronuntiare debere* §. 48.

2. *Victoris arbitrio ſe permittat*, & dicitur *deditio*

1. *pura* ubi notetur 1. *vis deditionis pura* (§. 49.)

2. *officium victoris circa eos, qui ſic ſe dedunt* §. 50.

2. *conditionata* §. 51.

A2. Acceſſi-

Digitized by Google

A

2. *Acceſſiones pactionum*, ut ſunt

1. *Obſides*, ubi notentur

- 1. *obſides dari qui poſſint & debeant* 3, 20, 52.
- 2. *quod jus in obſides?* §. 53.
- 3. *an fugere obſidi liceat?* §. 54.
- 4. *an obſes in aliam cauſſam recte retineatur?* §. 55.
- 5. *mortuo eo, pro quo quis obſes venit, obſidem liberari* §. 56.
- 6. *Rege qui obſidem dedit mortuo, an obſes teneatur* §. 57.
- 7. *obſides interdum principaliter obligari* §. 58.
- 8. *obſides, alterum ex alterius facto non teneri* §. 59.

2. *Pignora*

- 1. *pignorum obligatio* qualis? §. 60.
- 2. *Jus luendi quando amittatur?* §. 61.

Tabula

Digitized by Google

# Tabula XXII.

## *De Fide expreſſa & publica ſummarum poteſtatum, quæ manente bello vim habet in commerciis belli.* 3, 21.

cujus mentio in Tab. XX.

*Fides expreſſa & publica ſummarum Poteſtatum, quæ manente bello vim habet in belli commerciis,*

Spectatur in tribus, videlicet in *induciis*, in *jure commeandi*, in *redemtione captivorum*; & quidem

I. *Induciis*, ubi obſerventur

1. *induciæ quid ſint?* & an id tempus veniat pacis an belli nomine, 3, 21, 1.
2. *vocis origo* §. 2.
3. *nova indictione poſt inducias non opus* §. 3.
4. *quomodo computanda ſint tempora induciis præfinita?* §. 4.
5. *quando obligare incipiantq;* §. 5.
6. *quid per inducias liceat?* §. 6.
7. *an retrocedere, & reficere mœnia, & ſimilia?* §. 7.
8. *de locis occupandis diſtinctio* §. 8.
9. an redire poſſit, *qui vi majore retentus eſt circa exitum induciarum* §. 9.
10. *de ſpecialibus induciarum pactionibus*, & quæ inde quæri ſolent §. 10.
11. *Induciarum pactionibus ab altera parte ruptis*, alteram bellum movere poſſe §. 11.
12. *Quid ſi pœna addita fuerit?* §. 12.
31. *privatorum facta quando inducias rumpant?* §. 13.

II. *Jure commeandi*, v. A.

A



Digitized by Google

A

II. *Jure commeandi extra inducias*, ubi ſpectentur

1. *in jure commeandi extra inducias qualis ſummenda ſit interpretatio?* 3, 21, 14.

2. *qui militum nomine veniant* §. 15.

3. *Ire, venire, abire*, quomodo hic accipienda §. 16.

4. *de extenſione ad perſonas* §. 17.

5. *ad bona* §. 18.

6. *comitis* & *gentis* nomine qui veniant §. 19.

7. *an conceſſio juris commeandi morte concedentis extinguatur* §. 20.

8. Quid ſi data ſit, *donec qui dedit voluerit*? §. 21.

9. an ſecuritas & *extra territorium* debeatur? §. 22.

III. *Redemtione captivorum*, ubi ſpectentur

1. *Favor redemtionis captivorum* §. 23.

2. *an lege interdici redemtio poſſit*, diſtinctione explicatur §. 24.

3. *jus in captivum cedi poſſe* §. 25.

4. *poſſe ab uno pretium pluribus deberi* §. 26.

5. *conventio an reſcindi poſſit ob divitias captivi ignoratas* §. 27.

6. *quæ bona capti captorem ſequantur* §. 28.

7. *an redire debeat, qui dimiſſus eſt, ut alterum liberet, eo mortuo*? §. 29.

8. *an hæres pretium debeat*, diſtinctione explicatur §. 30.

Tabula

Digitized by Google

# Tabula XXIII.

## *De Fide publica inferiorum Poteſtatum.* 3, 22. cujus mentio Tab. XX.

*Fides expreſſa & publica inferiorum & minorum Poteſtatum* conſideratur

1. *Generaliter*, reſpectu *eorum, qui minoribus poteſtatibus ſunt*
   1. *ſuperiores*, ubi explicantur
      1. *Ducum genera* 3, 22. 1.
      2. quatenus *eorum pactio obliget ſummam poteſtatem* §. 2.
      3. aut quatenus eorum pactio *occaſionem obligationi* det, ſive per *conſenſum*, ſive per *rem ipſam* §. 3.
      4. quid *ſi factum quid contra mandatum?* ubi diſtinctiones adhibentur §. 4.
      5. *an tali caſu pars altera obligetur?* §. 5.
   2. *inferiores*, ubi explicatur, *quid belli duces aut magiſtratus poſſint circa inferiores ſe, & pro iiſdem* §. 6.
2. *Specialiter*, per ſubjectas ſpecies, ubi exponitur
   1. *Pacem facere, ducum non eſſe* §. 7.
   2. *an inducias dare?* diſtinguitur §. 8.
   3. *quæ ſecuritas perſonarum, quæ res ab ipſis concedi poſſint?* §. 9.
   4. *ſtricte interpretanda talia pacta*, & quare §. 10.
   5. quomodo interpretanda *deditio à Duce accepta* §. 11.
   6. quomodo cautio, *ſi regi aut populo viſũ fuerit* §. 12.
   7. quomodo *promiſſum de oppido tradendo* §. 13.

Tabula

Digitized by Google

# Tabula XXIV.

## *De Fide expreſſa & privata in bello*, 3, 23. cujus mentio Tab. XX.

*Fides expreſſa & privata in bello* explicatur ſequentibus:

1. Refellitur ſententia ſtatuens, *privatos fide hoſti data non obſtringi* 3, 23, 1.
2. oſtenditur *obſtringi eos etiam piratæ & latroni*, *& quatenus* §. 2.
3. *Minor hic non excipitur* §. 3.
4. *Error an liberet* §. 4.
5. ſolvitur *objectio*, ſumta ex publica utilitate §. 5.
6. aptantur ante dicta ad *fidem datam reditus in carcerem* §. 6.
7. *in certum locum non redeundi: non militandi* §. 7.
8. *non fugiendi* §. 8.
9. *captum alii ſe dare non poſſe* §. 9.
10. an *privati cogendi ſint à ſuis poteſtatibus implere, quæ promiſerant* §. 10.
11. *qualis interpretatio* in his pactis adhibenda §. 11.
12. quomodo ſumendæ voces *vitæ*, *veſtium*, *adventus*, *auxilii* §. 12.
13. *rediiſſe ad hoſtem* quis dicendus §. 13.
14. *juſta auxilia quæ*, in deditione ſub conditione facta §. 14.
15. *quæ ad executionem pertinent*, conditionem non facere §. 15.
16. *de talium pactorum obſidibus* §. 16.



Digitized by Google

# Tabula XXV.

## *De Fide Tacita.* 3, 24.

cujus mentio Tab. XX.

*Fides Tacita* explicatur ſequentibus:

1. *Tacite quomodo fides interponatur* 3, 24, 1.
2. exemplum in eo, *qui in tutelam recipi à populo aut rege expetit* §. 2.
3. qui *colloquium poſtulat aut admittit* §. 3.
4. huic tamen dum collocutori non noceat, integrum eſſe, res ſuas promovere §. 4.
5. de *mutis ſignis* ex conſuetudine aliquid ſignificantibus. §. 5.
6. de *tacita approbatione ſponſionis* §. 6.
7. *pœna quando tacite remiſſa* §. 7.



Digitized by Google

# Tabula XXVI:

*Concluſio.* 3, 25. cum qua confer *monita, de non temere ſuſcipiendo bello.* II, 14.

*Concluſio dehortatoria à bello.* ubi

1. *Monita*
   1. ad *fidem* 3, 25, 1.
   2. ad *pacem*
      1. in bello *pax ſemper ſpectanda* §. 2. *amplectenda etiam* cum damno
         1. *Regibus & Principibus Chriſtianis* ob conſcientiæ rationem §. 3.
         2. *omnibus*, ob utilitatis rationem
            1. *victis* §. 4.
            2. *victoribus* §. 5.
            3. *dubiis & incertis* §. 6.
      2. poſt *bellum, facta*, ſumma religione & fide ſervanda §. 7.
         1. propter *fidei ſanctimoniam.*
         2. propter *conſcientiæ rationem.*
         3. propter *famæ pretium.*
2. *Votum* pro pacis & concordiæ ſtudio Principibus Chriſtianis à DEO dando §. 8.



Digitized by Google

# Conſpectus Operis
ad
# *TABELLAS RELATUS.*

## Libro Primo
continentur.


Cap. I. *QUid bellum, quid jus. Tab. II. & III.*
II. *An bellum unquam juſtum ſit. Tab. II. pag. 10.*
III. *Belli partitio in publicum & privatum. Summi Imperii explicatio. Tab. IV.*
IV. *De bello ſubditorum in ſuperiores. Tab. IV.*
V. *Qui bellum licite gerant. Tab. IV. extr.*


---

## Libro Secundo.


Cap. I. *DE belli cauſis, & primum de defenſione ſui & rerum. Tab. VI.*
II. *De his, quæ hominibus communiter competunt. Tab. VI.*
III. *De acquiſitione originaria rerum. Tab. VII.*


IV. *De*

Digitized by Google

IV. *De derelictione præſumta, & eam ſecuta occupatione: & quid ab uſucapione & præſcriptione differat. Tab. VII.*

V. *De acquiſitione originaria juris in perſonas: ubi de jure parentum, de matrimoniis, de collegiis, de jure in ſubditos, ſervos. Tab. VII.*

VI. *De acquiſitione derivativa facto hominis, ubi de alienatione Imperii & rerum Imperii. Tab. VIII.*

VII. *De acquiſitione derivativa quæ fit per legem: ubi de ſucceſſionibus ab inteſtato. Tab. VIII.*

VIII. *De acquiſitionibus, quæ vulgo dicuntur Juris Gentium. Tab. VIII.*

IX. *Quando Imperia vel dominia deſinant. Tab. VI.*

X. *De obligatione, quæ ex dominio oritur. Tab. VI.*

XI. *De promiſſis. Tab. IX.*

XII. *De contractibus. Tab. IX.*

XIII. *De jurejurando. Tab. X.*

XIV. *De eorum, qui ſummum imperium habent promiſſis & contractibus & juramentis. Tab. XI.*

XV. *De Fœderibus & Sponſionibus. Tab. XI.*



Digitized by Google

XVI. *De Interpretatione.* Tab. XII.
XVII. *De damno per injuriam dato, & obligatione, quæ inde oritur.* Tab. XIII.
XVIII. *De Legationum jure.* Tab. XIV.
XIX. *De jure ſepulturæ.* Tab. XIV.
XX. *De pœnis.* Tab. XV.
XXI. *De pœnarum communicatione.* Tab. XV.
XXII. *De cauſis injuſtis.* Tab. V.
XXIII. *De cauſis dubiis.* Tab. V.
XXIV. *Monita de non temere etiam ex juſtis cauſis ſuſcipiendo bello.* Tab. V.
XXV. *De cauſis belli pro aliis ſuſcipiendi.* Tab. V.
XXVI. *De cauſis juſtis, ut bellum geratur ab his, qui ſub alieno imperio ſunt.* Tab. V.

---

## Libro Tertio.

Cap. I. *Quantum in bello liceat, regulæ generales ex jure naturæ, ubi & de dolis & mendacio.* Tab. XVI.
II. *Quomodo jure gentium bona ſubditorum pro debito imperantium obligentur, ubi de repreſſaliis.* Tab. XVI.

III. De

Digitized by Google

III. *De bello juſto ſive ſolemni jure gentium, ubi de indictione.* Tab. XVII.
IV. *De jure interficiendi hoſtes in bello ſolenni, & alia vi in corpus.* Tab. XVII.
V. *De rebus vaſtandis eripiendisque.* Tab. XVII.
VI. *De jure acquirendi bello capta.* Tab. XVIII.
VII. *De jure in captivos.* Tab. XVIII.
VIII. *De imperio in victos.* Tab. XVIII.
IX. *De poſtliminio.* Tab. XVIII.
X. *Monita de his, quæ fiunt in bello injuſto.* Tab. XIX.
XI. *Temperamentum circa jus interficiendi in bello juſto.* Tab. XIX.
XII. *Temperamentum circa vaſtationem & ſimilia.* Tab. XIX.
XIII. *Temperamentum circa res captas.* Tab. XIX.
XIV. *Temperamentum circa captos.* Tab. XIX.
XV. *Temperamentum circa acquiſitionem imperii.* Tab. XIX.
XVI. *Temperamentum circa ea, quæ jure gentium poſtliminio carent.* Tab. XIX.
XVII. *De his, qui in bello medii ſunt.* Tab. XIX.
XVIII. *De his, quæ in bello publico privatim fiunt.* Tab. XIX.



Digitized by Google

XIX. *De fide inter hoſtes.* Tab. XX.
XX. *De fide publica, qua bellum finitur: ubi de pacis pactione, de ſorte, de certamine condicto, de arbitrio, deditione, obſidibus, pignoribus.* Tab. XXI.
XXI. *De fide, manente bello; ubi de induciis, commeatu, captivorum redemtione.* Tab. XXII.
XXII. *De fide minorum poteſtatum in bello.* Tab. XXIII.
XXIII. *De fide privata in bello.* Tab. XXIV.
XXIV. *De fide tacita.* Tab. XXV.
XXV. *Concluſio cum monitis ad fidem & pacem.* Tab. XXVI.

Benivo-

Digitized by Google

# BENIVOLO LECTORI
## S. P.

TAbularum antiqua celebritas, nec ſimplex utilitas fuit. Inprimis autem id commune habent, varia de cetero Tabellas amantium & conficientium conſilia, ut εὐσύνοπτον, id eſt, facilem perſpectu cognituq; faciant rem, quæ hoc genere diſciplinæ exhibetur. Γεωγραφικοὶ πίνακες vetuſtiſſimi moris ſunt, tum ex ære, tum in membranis. Nec ignorantur χρονικῶν κανόνων συντάξεις, à quorum initiis ad ſcita & exquiſita juniorum inventa proceſſum eſt. Quod & in Aſtronomicis factum: tum in Arithmeticis. Paulo alterius generis opera eſt, quæ συμφωνίαν & παραλληλισμὸν ſpectat, ſicut τὸ διατέσσαρον ſeu τὸ μονοτέσσαρον in Canonibus Evangeliſtarum, varie concinnatis: cujusmodi ſpecimina in MſC.



Digitized by Google

Græcis Latinisque codicibus plura occurrunt. Aliud item genus eſt Tabularum, Lemmata operis exhibentium. Quo Græcorum τίτλοι & κεφάλαια pertinent. Medium ævum *Capitularia* appellavit. Sed enim noſtri temporis mos ipſis oculis inhæret, quo omne doctrinæ genus Tabulis complectimur. Nec modo id quidem eodem, nec neceſſitate pari aut utilitate. Reperiuntur inter eruditos, qui Tabulis nunquam uſi ſunt, neque ut valde de iis ſentiant magnifice, induci poſſunt. Et ſane res partite clareque traditas, Tabulis inſuper contrahere, ſupervacui laboris videri queat. Ponere liceat exemplum. Lipſii Politica tam ſunt facili perſpicuoque contextu tradita, & ad memoriam tam pulcro obvioque ordine ſuccedunt, ut vix deſiderare Tabellæ opem poſſis. At

vero,

Digitized by Google

vero, in rebus diſperſis contrahendis, & ex amplitudine congregandis, provida haberi & egregia debet doctorum ſolicitudo, ſi memoriæ adminicula diſcipulis hinc potiſſimum concilient. Præſertim, ſi ſit erudita concinnitas & παιδεία in Tabulis. Ita in Jure Civili ſumma ratio eſt, quæ ſuadet res ampliſſime diffuſas, ſub uno conſpectu collocare, & diſtantibus ex locis in gyrum diſciplinæ cogere: quo nomine, ut multis aliis doctrinæ præſidiis, *Taborica methodus* plurimum meritæ ſemper laudis tulit. Grotii opus, quanquam pulcre diſpoſitum, quia tale eſt, ut non per particulas decerpi, ſed totum pernoſci debeat, ſi quis id velit cum ſucceſſu tractare; quin Tabulis quoque illis inſtrui utiliter potuerit, vix eſt dubitabile. Quoniam autem immenſa rerum multitudo ambitu arctiore

con-

Digitized by Google

concluditur, unoque ſæpe capitis alicujus τμηματω pluſcula partitim continentur; valde mihi placuit *inſtitutum Thomaſianum*, quod ἀναλύσει exquiſitiore, novi generis commentarium, ut ſic dicam, in Tabellis operoſe concinnatis exhibet. Quas ne invidere diutius publicæ luci velit Clariſſimus Auctor, illuſtriſſimæ hujus Philoſophiæ utilitas imperat nobis, ut, quanto poſſumus opere, rogemus. Id nobiſcum facies, Lector Benevole, & valebis.

Digitized by Google

*ARGENTORATI,*

Sumptibus

JOH. REINHOLDI DULSSECKERI.

*M DCC IV.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google